Ne taceat monimẽta uie quę tuſcula telluſ
Candidaq; antiquo detin& alba lare
Nanq; opibuſ congeſta tuiſ hic glarea dura
Sternitur hic apta iungitur arte ſilex
Te canit agricola magna cum uenerit urbe
Seruſ inoffenſum retuleritq; pedem
At tu natalis multoſ celebrande p annoſ
Candidior ſemꝑ candidiorq; ueni.

On ego celare poſſum qd mutuiſ amantis

Quidue ferant miti leuia uerba sono
Nec mihi sunt sortes nec conscia fibra deorum
Precinuit euentus nec mihi cantus auis
Ipsa uenus magico religatum bracchia nodo
Perdocuit multis non sine uerberibus
Desine dissimulare deus crudelius urit
Quos uidet inuitos succubuisse sibi
Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos
Sepeque mutatas disposuisse comas
Quid fuco splendente comas ornare quid ungues
Artificis docta subsecuisse manu
Frustra iam uestes frustra mutantur amictus
Ansaque compressos colligit arte pedes
Illi placet quamuis inculto uenerit ore
Nec nitidum tarda compserit arte caput
Num te carminibus num te pallentibus herbis
Deuouit tacito tempore noctis anus
Cantus uicinis fruges traducit ab agris
Cantus et irate detinet anguis iter
Cantus et e curru lunam deducere temptat
Et faceret si non era repulsa sonent
Quid queror heu misero carmen nocuisse quid herbas
Forma nihil magicis utitur auxiliis
Sed corpus tetigisse nocet sed longa dedisse

Obscula / sed femori conseruisse femur
Nec tu difficilis puero tamen esse memento
Persequitur penis tristia facta Venus.
Munera ne poscas det munera canus amator
Ut foueat molli frigida membra sinu
Carior est auro iuuenis cui leuia fulgent
Ora nec amplexus aspera barba terit
Huic tu candentes humero suppone lacertos
Et regum magne despiciantur opes
At uenus inueniet puero concumbere furtim
Dum timet et teneros conserit usque sinus
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Obscula et in collo figere dente notas
Non lapis hanc gemmeque iuuant que frigore sola
Dormiat et nulli sit cupienda uiro
Heu sero reuocatur amor / seroque iuuentas
Cum uetus infecit cana senecta caput
Tunc studium forme est coma tunc mutatur ut annos
Dissimulet uiridi cortice tinta nucis
Tollere tunc cura est albos a stirpe capillos
Et faciem dempta pelle referre nouam
At tu dum primi floret tibi temporis etas
Utere non tardo labitur illa pede
Seu marathum torques puero que gratia inde est

Inueteres esto dura puella senes
Parce precor puero non illi sentita cã est
Sed nimius luteo corpora tingit amor
Vel miser absenti mestas q̃ sepe querelas
Conicit / & lacrimis omnia plena madent
Quid me spernis ait poterat custodia uinci
Ipse dedit cupidis fallẽ posse deus
Nota uenis furtiua mihi est ut leuis agatur
Spiritus ut nec dent oscula rapta sonum
Et possum media q̃uis obrepẽ nocte
Et strepitu nullo clam reserare fores
Quid possunt artes miserum si spernit amantẽ
& fugit ex ipso seua puella toro
Vel cum promittit subito uel pfida fallit
& mihi nox multis euigilanda malis
Dum mihi uenturam fingho quodcunq; mouetur
Illius credo tunc sonuisse pedes
Desistas lachrimare puer / non frangitur illa
& tua iam fletu lumina fessa tument
Oderunt pholoe moneo fastidia diui
Nec prodest sanctis thura dedisse focis
Hic marathus quondam miseros ludebat amantes
Nescius ultorem post caput ẽẽ deum
Sepe et lachrimas fertur risisse dolentis

& cupidum ficta detinuisse morã
Nunc omnes odit fastus / nẽ displicet illi
Quecunq; opposita est ianua dura sera
A te pena manet ni desinis ẽẽ supba
Quam cupies uotis hunc reuocare diem.

Quid mihi si fueras miseros lesurus amores 9
Federa pdiuos clam uiolanda dabas
Ah miser & siquis primo piuria celat
Sera tamen tacitis pena uenit pedibus
Parcite celestes equum ẽ impune licere
Numina formosis ledere uestra semel
Luchra petens habili thauros adiungit aratro
& durum terre rusticus urget opus
Luchra petituros pfreta parentia uentis
Ducunt instabiles sidera certa rates
Muneribus meus est captus puer at dsilla
In cinerem & liquidas munera uertat aquas
Iam mihi psoluet penas puluisq; decorem
Detrahet & uentis horrida facta coma
Uretur facies urentur sole capilli
Deteret inualidos & uia longa pedes
Admonui quotiens auro ne pollue formam

Sepe solent auro multa subesse mala
O uitijs captus siquis uiolauit amorem
Asperaque est illi difficilisque Venus
Vre meum potius flamma caput & pete ferro
Corpus, & intorto uerbere terga seca
Nec tibi celanti fas sit peccare paranti
Sit deus occultos qui uetet esse dolos
Ipse deus tacito permisit leue ministro
Ederet ut multo libera uerba mero
Ipse deus somno domi ... emittere uocem
Iussit & inuitos facta tegenda loqui
Hec ego dicebam nunc me fleuisse loquentem
Nunc pudet ad teneros procubuisse pedes
Tunc mihi iurabas nullo tibi diuitis auri
Pondere non gemmis uendere uelle fidem
Non tibi sit pretium campania terra daretur
Non tibi si bacchi cura falernus ager
Illis eriperes uerbis mihi sidera celi
Lucem & puras fluminis esse uias
Quin et flebas at non ego fallere doctus
Tergebam humentes credulus usque genas
Quid faciam nisi & ipse fores in amore puelle
Sit precor exemplo sed leuis illa tuo
O quotiens uerbis ne quisquam conscius esset

Ipse comes multa lumina nocte tuli
Sepe insperanti uenit tibi munere nostro
Sed latuit clausos post adopta fores
Tum miser interii stulte confisus amari
Nam poteram ad laqueos cautior esse tuos
Quin & attonita laudes tibi mente canebam
Et me nunc nostri pieridumque pudet
Illa uelim rapida uulcanus carmina flamma
Torreat & liquida deleat amnis aqua
Tu procul hinc absis cui formam uendere cura est
& pretium plena grande referre manu
At tu qui puerum donis corrumpere es ausus
Rideat assiduis ultor inulta dolis
Et cum furtiuo iuuenem lassauerit usu
Tecum interposita languida ueste cubet
Semper sint extrema tuo uestigia lecto
Et pateat cupidis semper aperta domus
Nec lasciua soror dicatur plura bibisse
Pocula: uel plures emeruisse uiros
Illam sepe ferant conuiuia ducere baccho
Dum rota lucifer prouocet orta diem
Illa nullo queat melius consumere noctem
Aut operum uarias disposuisse uices
At tua perdidicit nec tu stultissime sentis

Cum tibi non ſolita corpuſ ab arte mouet
Tunc putaſ illam pro te diſponē crineſ
Aut tenuieſ denſo pectine dente comaſ
Iſta hec perſuad& facieſ auroq; lacertoſ
Vinciat & tyrio prodeat apta ſinu
Non tibi ſed iuueni cuidam uult bella uideri
Deuoueat pro quo remq; domumq; tuam
Nec facit hoc uitio ſed corpora feda podagra
Et ſenis amplexuſ culta puella fugit
Huic tamen occubuit nr̄ puer, hunc ego credam
Cum trucibus uenerem iungere poſſe feris
Blanditiaſ ne meaſ alijſ ne uendere es auſus
Tu ne alijſ demenſ obſcula ferre mea
Tunc flebiſ commune iunctum puer alr̄ habebit
Et ger& in regno regna ſupba tuo
At tua dum me pena iuuet ueneriq; mere . . .
Fixa nocte caſiſ aurea palma meoſ
Hanc tibi fallaci reſolutuſ amore tibulluſ
Dedicat & grata ſis dea mente rogat.

Quiſ fuit horrendoſ primuſ q protulit enſes
Q̄ ferus et uere ferreuſ ille fuit
Tunc cedeſ hominum generi, tunc p̄lia nata

Tunc breuiter

Tunc breuiter dire mortiſ aperta uia eſt
An nihil ille miſer meruit nos ad mala nr̄a
Vertimuſ in ſeuaſ quod dedit ille feraſ
Diuitiſ hoc uitium eſt auri, nec bella fuerunt
Faginuſ aſtabat cum ciphuſ ante dapeſ
Non arceſ non uallus erat ſomnumq; petebat
Securuſ uariaſ dux gregiſ inter oueſ
Tunc mihi uitā foret uulgi nec triſtia noſſem
Arma nec audiſſem corde micante tubam
Nunc ad bella trahor & iam quiſ forſitā hoſtis
Heſura in nr̄o tela gerit latere
Sed patrij ſeruate lareſ aluiſtiſ & idem
Curſarem ueſtros cum tener ante pedeſ
Neu pudeat priſco uoſ eē ex ſtipite factoſ
Sic uetereſ ſedeſ incoluiſtiſ aui
Tunc meliuſ tenuē fidem cum paupe cultu
Stabat in exigua ligneuſ ede deuſ
Hic placatuſ erat ſeu qs libauerat uuam
Seu dederat ſancte ſpicea ſerta come
Atq; aliquiſ uoti compoſ liba ipſi ferebat
Poſtq; comeſ purum filia parua fauū
At nobiſ erata lareſ depellite tela
Hoſtiaq; e plena ruſtica porciſ ara
Vt mihi portanti poſſit ſua dicere facta

Miles & immensa pingere castra mero
Quis furor est atram bellis arcessere mortem
Imminet & tacito clam uenit illa pede
Non seges est infra non uinea culta sed audax
Cerberus & stigie nauita puppis aque
Illic percussisque genis ustoque capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus
Quam potius laudandus et hic quem prole parata
Occupat in parua pigra senecta casa
Ipse suas sectetur oues at filius agnos
Et calidam fesso comparat uxor aquam
Sic ego sim liceatque caput candescere canis
Temporis & prisci facta referre senem
Interea pax arua colat pax candida pmu
Duxit araturos sub iuga curua boues
Pax aluit uites & sucos condidit uue
Funderet ut nato testa paterna merum
Pace bidens uomerque uigeat & tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs
Rusticus e lucoque uehit male sobrius ipse
Uxorem plaustro progeniemque domum
Sed ueneris tunc bella calent scissosque capillos
Femina perfractas conqueriturque fores
Flet teneras subtusa genas sed uictor & ipse

Flet sibi dementes tam ualuisse manus
At lasciuus amor rixe mala uerba ministrat
Inter & iratum lentus utrumque sedet
Ha lapis est ferrumque suam quicumque puellam
Verberat & e celo diripit ille deos
Sit satis e membris tenuem pceruide uestem
Sit satis ornatus dissoluisse come
Sit lachrimas mouisse satis quater ille beatus
Quo tenera irato flere puella potest
Sed manibus qui seuus erit scutumque sudemque
Is gerat & miti sit procul a Venere
At nobis pax alma ueni spicamque teneto
Prefluat ut pomis candidus ante sinus.

Liber secundus de agri lustratione

Quisquis adest faueat fruges lustramus & agros
Ritus ut a prisco traditus extat auo
Bacche ueni dulcisque tuis e cornibus uua
Pendeat & spicis tempora cinge ceres
Luce sacra requiescat humus requiescat arator
Et graue suspenso uomere cesset opus.

S olute uincla iugis nc̄ ad presepia debent
Plena coronato stare boves capite
O mnia sint opata deo non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum
Vosq; abesse procul iubeo discedat ab aris
Cui tulit externa gaudia nocte uenus
Casta placent superis pura cum ueste uenite
& manibus puris sumite fontis aquam
Cernite fulgentes ut eas sacer agnus ad aras
Vinctaq; post olea candida turba comas
D ij patrij purgamus agros, purgamus agrestes
Vos mala de nr̄is pellite liminibus.
Neu seges eludat messem fallacibus herbis
Neu timeat celeres tardior agna lupos
T unc nitidus plenis confisus rusticus agris
Ingerat ardenti grandia ligna foco
T urbaq; uernarum saturi bona signa coloni
Lud& et ex uirgis extru& ante casas
E uentura precor uideant felicibus extis
Significent placidos nuntia fibra deos
N unc mihi fumosos ueteris proferte falernos
Consulis & chio soluite uincla cado
Vina diem celebrent non festa luce madē
Et rubor errantes & male ferre pedes.

S ed bene messalam sua quisq; ad pocula dicat
Nomen & absentis singula uerba sonent
G entis aquitanę celeber messala triumphis
Et magna intonsis gl̄a uictor ades
H uc ades aspiraq; mihi dum carmine nr̄o
Redditur agricolis gr̄a celitibus
R ura cano rurisq; deos his uita magris
Desueuit querula pellere grande famam
I lli compositis primum docuere tigillis
Exiguam uiridi fronde operire domum
I lli et thauros primū docuisse feruntur
Seruitium & plaustro supposuisse rotam
T unc uictus abiere feri tunc consita pomis
Tunc bibit irriguas fertilis ortus aquas
A ntea tunc pressos pedibus dedit uua liquores
Mistaq; securo est sobria limpha mero
Rura ferunt messes calidi cum sideris estu
Deponit flauas annua terra comas
Rure leuis uerno flores apis ingerat alueo
Compleat ut dulci sedula melle fauos
Agricola assiduo primum satiatus aratro
Cantauit certo rustica uerba pede
Et satur arenti primū est modulatus auena
Carmen ut ornatos ducēt ante deos
Ag

Agricola et nimio suffusus bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros
Huic datus a pleno memorabile munus ouili
Dux pecoris hircus et haustrat hircus oues
Rure puer uerno primum de flore coronam
Fecit et antiquis imposuit laribus
Rure et teneris curam exhibitura puellis
Molle gerit tergo lucida uellus ouis
Hinc est femineus labor est hinc pensa colusque
Fusus et apposito pollice uersat opus
Atque aliqua assidue textrix operata mineruam
Cantant et apposito stella sonant latere
Ipse quoque inter agros interque armenta cupido
Natus et indomitas dicitur inter aquas
Illic indocto primum se exercuit arcu
Hei mihi quam doctas nunc habet ille manus
Nec pecudes uelut ante petit fixisse puellas
Gestit et audaces perdomuisse uiros
Hic iuueni detraxit opus hic dicere iussit
Limen adirate uerba pudenda senem
Hoc duce custodes furtim transuersa iacentes
Ad iuuenem tenebris sola puella uenit
Et pedibus pretentat iter suspensa timore
Explorat cecas cui manus ante uias

Ah miseri quos hic grauiter deus urget at ille
Felix cui placidus leniter afflat amor
Sancte ueni dapibus festis sed pone sagictas
Et procul ardentes hinc precor abde faces
Vos celebrem cantate deum pecorique uocate
Voce palam pecori clam sibi quisque uocet
Aut etiam sibi quisque palam nam turba iocosa
Obstrepit et frigio tibia curua sono
Ludite iam nox iungit equos currumque secuntur
Matris lasciuio sidera fulua thoro
Postque uenit tacitus fuluis circundatus alis
Somnus et incerto somnia nigra pede.

Dicamus bona uerba uenit natalis ad aras
Quisquis ades lingua uir mulierque faue
Vrantur pia thura focis urantur odores
Quos tener terra diuite mittit arabs
Ipse suos genius adsit uisurus honores
Cui decorent sanctas mollia serta comas
Illius puro distillent tempora nardo
Atque satur libo sit madeatque mero
Annuat et Cornute tibi quodcumque rogabac
En age quid cessas annuit ille roga

A ugor uxoriſ fidoſ optabiſ amoreſ
Iam reor hoc ipſoſ edidiciſſe deoſ
N ec tibi malueriſ totum quecunque portem
Fortiſ arat ualido ruſticuſ arua boue
Hec tibi gemmarum quicquid felicibuſ undiſ
Naſcitur eoi qua mariſ unda rubet
V ota cadunt utinam ſtrepitantibuſ aduolet aliſ
Flauaque coniugio uincula portet amor
V inculaque maneant ſemper dum tarda ſenectus
Inducat rugaſ inficiatque comaſ
H ic ueniat natalis aueſ proleque miniſtret
Ludat et ante tuoſ turba nouella pedeſ.

Vra meam carnute tenent uilleque puellam
Ferreuſ eſt heu heu quiſquiſ inurbe manet
I pſa Venuſ latoſ iam nunc migrauit inagroſ
Vrbeque aratoriſ ruſtica diſcit amor
O ego cum aſpicerem dominam quam fortiter illic
Verſarem ualido pingue bidente ſolum
Agricoleque modo curuum ſectarer aratrum
Dum ſubigunt ſterileſ arua ſerenda boueſ
Nec quererer quod ſol gracileſ exureret artuſ
Lederet et teneraſ puſtula rupta manuſ

P auit et admeti tauroſ formoſuſ apollo
Nec cithera intonſe profuerunt ue come
N ec potuit curaſ ſanare ſalubribuſ herbiſ
Quicquid erat medice uicerat artiſ amor
I pſe deuſ ſolitiſ ſtabuliſ expellere uacchaſ
Dicitur ad multram conſtituiſſe priuſ
Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte
Lacteuſ et miſtuſ obriguiſſe liquor
T unc fiſcella leui detexta eſt uimine iunci
Raraque per nexuſ eſt uia facta ſero
O quotienſ illo uitulum geſtante per agroſ
Dicitur occurrenſ erubuiſſe ſoror
O quotienſ auſe canere dum dum ualle ſub alta
Rumpere mugitu carmina docta boueſ
S epe duceſ trepidiſ petiere oracula rebuſ
Venit et a templiſ irrita turba domum
S epe horrere ſacroſ doluit Latona capilloſ
Quoſ admirata eſt ipſa nouerca priuſ
Q uiſquiſ inornatumque caput crineſque ſolutoſ
Aſpiceret phebi quereret ille comam
D eloſ ubi nunc phebe tua eſt / ubi delphica pytho.
Nempe amor in parua te iubet eſſe caſa
F eliceſ olim ueneri cum fertur aperte
Seruire eternoſ non puduiſſe deoſ
T

Fabula nunc ille est . sed cui sua cura puella e
Fabula sit mauult quam sine amore deus
At tu quisquis es cui tristi fronte cupido
Imperat ut nostra sint tua castra domo
Ferrea non uenerem : sed predam secla laudat
Preda tamen multis est operata malis
Preda feras acies cinxit discordibus armis
Hinc furor hinc cedes mors propiorque uenit
Preda uago iussit geminare pericula ponto
Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus
Predator cupit inmensos obsistere campos
Ut multa innumera iugera pascat oues
Cui lapis externus cure est urbisque tumultu
Portatur ualidis ualidis mille columna iugis
Claudit et indomitum molles mare letus ut intra
Negligat hibernas piscis adesse minas
At tibi leta trahant samie conuiuia teste
Fictaque cumana lubrica terra rota
Heu heu diuitibus uideo gaudere puellas
Iam ueniant prede si uenus optat opes
Ut mea luxuria nemesis fluat utque per urbem
Incedat donis conspicienda meis
Illa gerit uestes tenues quas femina choa
Texuit auratas dispositque uias
Illi sint comites fusci quos india torret
Solis et admotis inficit ignis equis

Illi se lectos cernent prebere colores
Affrica puniceum purpureumque tyros
Nota loquor regnum ipse tenet que sepe coegit
Barbara gipsatos ferre catasta pedes
At tibi dura seges nemesim qui abducis ab urbe
Persoluat nulla semina terra fide
At tu bacche tener iocunde consitor uue
Haud impune licet formosas tristibus agris
Addere non tanti sunt tua musta pater
O ualeant fruges ne sint modo rure puelle
Glans alat et prisco more bibantur aque
Glans aluit ueteres et passim semper amarunt
Quid nocuit sulcos non habuisse satos
Tunc quibus aspirabat amor prebebat aperte
Mitis in umbrosa gaudia ualle uenus
Nullus erat custos nulla exclusura dolentes
Ianua si fas est mos precor ille redi
Detur ut attendam domine prouelle laqueque
Horrida uillosa corpora ueste tegant
Nunc si clausa mea est si copia rara uidendi
Heu miserum laxam quid iuuat ire togam
Ducite ad imperium domine sulcabimus agros
Non ego me uinclis uerberibusque nego.
Tu quoque deuotos bacche relinque lacus

ic mihi ſeruitium uideo dominamque paratam
Iam mihi libertas illa paterna uale
Seruitium ſed triſte datur teneorque catenis
Et nunquam miſero uincla remittit amor
Et ſeu quid merui : ſed quid peccauimus urit
Vror io remoue ſeua puella faces
O ege ne poſſem tales ſentire dolores
Quam mallem in gelidis montibus eſſe lapis
Stare uel inſanis cautes obnoxia uentis
Naufragia quam uaſti tunderet unda maris
Nunc et amara dies et noctis amarior unda eſt
Omnia nam triſti tempora felle madent
Nec proſunt elegi nec carminis auctor Apollo
Illa caue pretium flagitat uſque manus
Ite procul muſe, ſi non prodeſtis amanti
Non ego uos ut ſint bella canenda colo
Nec refero ſoliſque uias equalis ubi orbem
Compleuit uerſis luna recurrit equis
Ad dominam faciles aditus per carmina quero
Ite procul muſe ſi nihil iſta ualent
At mihi per cedes et facinus ſunt dona paranda
Ne iaceam clauſam flebilis ante domum
Aut rapiam ſuſpenſa ſacris inſignia fanis

Sed uenus ante alios eſt uiolanda mihi
Illa malum facinus ſuadet dominamque rapacem
Dat mihi ſacrilegas ſentiat illa manus
O pereat quicunque legit uiridesque ſmaragdos
Et niueam tirio murice tingit ouem
Hic dat auaritie cauſas et coha puellis
Veſtis et e rubro lucida concha mari
Hec fecere malam hinc cladem ianua ſenſit
Et cepit cuſtos liminis eſſe canis
Sed pretium ſi grande feras cuſtodia uicta eſt
Nec prohibent claues et canis ipſe tacet
Heu quicunque dedit formam celeſtis auare
Quale bonum multis attulit ipſe malis
Hinc fletus rixeque ſonant hec denique cauſa
Fecit ut infamis hic deus eſſet amor
At tibi que pretio uictos excludis amantes
Eripiant portas uentus et ignis opes
Quin tua tunc iuuenes ſpectent incendia leti
Nec quiſquam flamme ſedulus addat aquam
Seu ueniat tibi mors nec erit qui lugeat ullus
Nec qui det meſtas munus in obſequias
At bona nec auara fuit centum licet annos
Vix erit ardentem flebitur ante rogum
Atque aliquis ſenior ueteres ueneratus amores
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo

Et bene diſcedens dixit placideq; quieſcas
Terraq; ſecure ſit ſup oſſa leuis
Vera quidem moneo ſed proſt. quid mi uera
Illius eſt nobis lege colendus amor
Quin et ſedes iubebat ſi uendere auitas
Ite ſb imperium ſbtitulumq; lares
Quicqd habet circe quicqd medes ueneni
Quicqd & herbarum teſſala terra gerit
Et quod ubi indomitis gregibus venus afflat amores
Ippomenes cupide ſtillat ab inguine eque
Si modo me placido uideat nemeſis mea uultu
Mille alias herbas miſceat ille bibam.

Phebe faue nouus ingreditur tua tēpla ſacerdos
Huc age cum cithara carminibusq; ueni
Nunc te uocales impellere pollice cordas
Nunc precor ad laudes flectē uerba meas
Ipſe triumphali deuinctus tempora lauro
Dum cumulant aras ad tua ſacra ueni
Sed nitidus pulcherq; ueni nc indue ueſtem
Sepoſitam & longas nunc bene l pecte comas
Qualem te memorant ſaturno rege fugato
Victori laudes concinuiſſe ioui

Tu procul euentura uides tibi debitus augur
Scit bene quid fati prouida cantet auis
Tuq; regis ſortes pte preſentit auruſpex
Lubrica ſignauit cum deus exta notis
Te duce romanos nunq̄ fruſtrata ſybilla
Abdita que ſenis fata canit pedibus
Phebe ſacras meſſalinum ſine tangere cartas
Vatis & ipſe precor qd canat illa doce
Hec dedit enee ſortes poſtq̄ ille parentē
Dicitur & captos ſbſtinuiſſe lares
Nec forte credebat romam cum meſtus ab alto
Ilion ardentes reſpiceretq; deos
Romulus eterne nondum formauerat urbis
Menia conſorti non habitanda remo
Sed tunc paſcebant herboſa palatia uacce
Et ſtabant humiles in iouis arce caſe
Lacte madens illic ſuberat pan ylicis umbre
& facta agreſti lignea falce pales
Pendebatq; uagi paſtoris in arbore uotum
Garula ſilueſtri fiſtula ſacra deo
Fiſtula cui ſemp decreſcit arundinis ordo
Et calamus cera iungitur uſq; minor
At qua uelabri regio patet ne ſolebat
Exiguus pulla pnada linter aqua

Illa sepe gregis dictis placatura magistro
Ad iuuenem festa est uecta puella die
Cum qua facundi redierunt munera ruris
Caseus & niuee candidus agnus ouis.

Impiger Enea uolitantis frater amoris
Troica qui profugis sacra uehis ratibus
Iam tibi laurentes assignat iupiter agros
Iam uocat errantes hospita terra lares
Illic sanctus eris cum te ueneranda numici
Vnda deum celo miserat indigetem
Ecce super fessas uolitat uictoria puppes
Tandem ad troianos diua superba uenit
Ecce mihi lucent rutulis incendia castris
Iam tibi predico barbare Turne necem
Ante oculos Laurens castris murusque lauini est
Albaque ab que abascanio condita longa duce
Te quoque iam uideo marti placitura sacerdos
Ilia uestales deseruisse focos
Concubitusque tuos furtim uittasque iacentes
& Cupidi ad ripas arma relicta dei
Carpite nunc thauri de septem montibus herbas
Dum licet hic magne iam locus urbis erit

Roma tuum nomen terris fatale regendis
Qua sua de celo prospicit arua ceres
Quaque patent ortus & qua fluitantibus undis
Solis anelantes abluit amnis equas equos
Troia quidem tunc se mirabitur & sibi dicet
Vos bene tam longam consuluisse uiam
Vero cano sic usque sacros innoxia laurus
Vescar & eternum sit mihi uirginitas
Hec cecinit uates & te sibi phebe uocauit
Iactauit fusas & caput ante comas
Quicquid amalthea quicquid marpesia dixit
Heriphile phebo grata quod admonuit
Quodque albana sacras tiberi per flumina sortes
Portarit sicco perlueritque sinu
Hec fore dixerunt belli mala signa cometem
Multus & interras depluerit lapis
Atque tubas atque arma ferunt strepitantia celo
Audita & lucos pertimuisse fugam
Ipsum & solem defunctum lumine uidit
Iungere pallentes nubilus annus equos
Et simulacra deum lachrimas fudisse tepentes
Fataque uocales premonuisse boues
Hec fuerint olim: sed iam tu mitis Apollo
Prodigia indomitis merge sub equoribus
Et succensa sacris crepitet bene laurea flamma

Omne quo felix & sacer annus erit
Laurus ubi bona signa dedit gaudete coloni
Distendet spicis horrida plena ceres
Oblitus & musto feriet pede rusticus uvas
Dolia dum magni deficiantq; lacus
Ac madidus baccho sua festa palilia pastor
Concinet a stabulis tum procul este lupi
Ille levis stipule solemnis potus acervos
Accendet flammas transilietq; sacras
Et fetus matrona dabit natusq; parenti
Obscula compressis auribus eripiet
Nec tedebit avum parvo advigilare nepoti
Balbaq; cum puero dicere verba senem
Tunc operata deo pubes discumbet in herba
Arboris antique qua levis umbra cadit
Aut e veste sua tendent umbracula sertis
Victa coronatus stabit & ipse calix
At sibi quisq; dapes & festas extruet alte
Cespitibus mensas cespitibusq; thoru
Ingeret hic potus iuvenis maledicta puelle
Postmodoq; votis irrita facta velit
Nam ferus ille fuit sue plorabit sobrius idem
Et se iurabit mente fuisse mala
Pace tua pereant artus pereantq; sagitte
Phebe modo interris errer inermis amor

Ars bona sed postq; sumpsit sibi tela cupido
Heu heu q; multis ars dedit ista malum
Et mihi precipue taceo cum sanctius amicu
Et faveo morbo cum iuvat ipse dolor
Usq; cano nemesim sine qua versus mi nullus
Verba potest iustos aut reperisse pedes
At tu iam divum servat tutela poetas
Premoneo vati parce puella sacro
Ut messalinum celebrem cum premia belli
Ante suos currus oppida victa ferent
Ipse gerens lauros lauro devinctus agresti
Miles io magna voce triumphe canet
Tunc messala meus pia det spectacula turbe
Et plaudat curru pretereunte pater
Annue sic tibi sint intonse phebe capilli
Sic tua pp̄etuo sit tibi casta soror.

Astra mater sequitur tenero quid fiet amori
Sit comes & collo fortiter arma gerat
Et seu longa virum terret via seu vaga ducet
Equora cum telis ad latus ire volet
Ure puer queso tua qui ferus otia liquit
Atq; iterum errorem sub tua signa voca

Quod si militibus parces erit hic quoque miles
Ipse levem galea qui sibi portat aquam
Castra peto valeatque venus valeatque puelle
& mihi sunt vires & mihi facta tuba est
Magna loquor sed magnifice mihi magna locuto
Excutiunt clause fortia verba fores
Iuravi quotiens rediturum ad limina numquam
Cum bene iuravi pes tamen ipse redit
Acer amor fractas utinam tua tela sagictas
Scilicet extinctas aspiciamque faces
Tu miserum torquens tu me mihi dira precari
Cogis & insana mente nefanda loqui
Iam mala finissem leto sed credula vitam
Spes fovet & fore cras semper ait melius
Spes ait agricolas spes sulcis credit aratra
Semina que magno fenore reddat ager
Hec laqueo volucres hec captat arundine pisces
Cum tenues amos abdidit ante cibus
Spes & valida solatur compede vinctum
Crura sonant ferro sed canit inter opus
Spes facilem nemesim spondet mihi sed negat illa
Hei mihi ne vincas dura puella deam
Parce per inmatura tue precor ossa sororis
Sit bene sub tenera parva quiescat humo

Illa mihi

Illa mihi sancta est illius dona sepulchro
& madefacta meis serta feram lachrimis
Illius ad tumulum fugiam supplexque sedebo
Illius verbis sis mihi lenta veto
Ne tibi neglecti mittant mala somnia manes
Mestaque sopite stet soror ante thorum
Qualis ab excelsa preceps delapsa fenestra
Venit ad infernos sanguinolenta lacus
Desine ne domine luctus renovantur acerbi
Non ego sum tanti ploret ut illa semel
Nec lachrimis oculos digna est fedare loquaces
Lena nocet nobis ipsa puella bona est
Lena vetat miserum phirne furtimque tabellas
Occulto portans itque reditque sinu
Sepe ego cum domine dulces a limine duro
Agnosco voces hec negat esse domi
Sepe ubi nox promissa mihi languere puellam
Nunptiat aut aliquas extimuisse minas
Tum morior curis tunc mens mihi perdita fingit
Qui sive meam teneat quot teneat ve modis
Tunc tibi lena precor diras satis anxia vivas
Moverit e votis pars quotacumque deos.

Artis romani feste uenere Klende
Exoriens nr̃is hic fuit annus auis
Et uaga nc̃ creta discurrit undiq̃ pōpas
Perq̃ uias urbis munera pq̃ domos
Dicite pierides quonam donetur honore
Seu mea seu fallor cara neera tamen
Carmine formose pretio capiuntur auare
Gaudeat ut digna est uersibus illa meis
Lutea sed niueum inuoluat mēbrana libellū
Sicut erit nullus defluat inde color
Illa mihi referat si nr̃i mutua cura est
An minor an toto pectore deciderim
Sed primum meritum larga donate salute
Atq̃ hec submisso dicite uerba sono
Hec tibi uir quondam nc̃ frr̃ casta nehera
Mittit & accipias munera parua rogat
Teq̃ suis iurat caram magis ēē medullis
Siue sibi coniunx siue futura soror
Sed potius coniunx huius spem nōis illi
Aufer & extincto pallida ditis aqua.

Qui primus caram iuueni carūq̃ puelle
Eripuit iuuenem ferreus ille fuit

Durus & ille fuit qui tantum ferre dolorem
Viuere & erepta coniuge qui potuit
Nec mihi uera loqui pudor est uiteq̃ fateri
Tot mala pperpesse tedia nata mee
Ergo cum tenuem fuero mutatus in umbrā
Candidaq̃ ossa super nigra fauilla teget
Ante meum ueniat longos incōpta capillos
& fleat ante meum mesta nehera rogum
Sed ueniat cara mater comitata dolore
Mereat hec genero mereat illa uiro
Prefate ante meos manes animāq̃ rogate
Perfuseq̃ pias ante liquore manus
Pars q̃ sola mei superabit corpus & ossa
Incinte nigra candida ueste legent
Et primum annoso spargent collecta lyeo
Mox et niueo fundere lacte parent
Post hec carbaseis humorem tollē uetis
Atq̃ imarmorea ponē sicca domo
Illic quos mittit diues panchaia merces
Eoiq̃ arabes diues & assiria
Et nr̃i memores lachrime fundantur eodem
Sic ego compositus uersus inossa uelim
Sed tristem mortis demostret littera causam
Atq̃ hec incelebri carmina fronte notet

Lygdamus hic ſitus eſt dolor huic & cũ neheræ
Coniugis erepte cauſa perire fuit.

Vid prodeſt celum uotis impleſſe nehera
Blandaq; cum multa thura dediſſe p̃ce
Non ut marmorei prodirem e limine celi
Inſignis clara conſpicuuſq; domo
Aut ut multa mei renouarent iugera thauri
& magnas meſſes terra benigna daret
Sed tecum ut longe ſociarem gaudia uite
Inq; tuo cadẽt noſtra ſenecta ſinu
Tunc cum p̃menſo defunctus tempore lucis
Nudus lethea cogerer ire rate
Nam graue qd̃ prodeſt pondus m̃ diuitis auri
Aruaq; ſi findant pingnia mille boues
Quidue domus prodeſt frigis innixa colũnis
Tenare ſiue tuis ſiue cariſte tuis
Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos
Aurateq; trabes marmoreumq; ſolum
Quidue in erithreo legitur que littore cõcha
Tintaq; ſidonio murice lana iuuat
Atq; preterea populus miratur in illis
Inuidiaq; falſo plurima uulgus amat

Non opibus mentes hominũ cureq; leuantur
Nam fortuna ſua tempora lege gerit
Sit mihi paupertas tecum iocunda nehera
& ſine te regum munera nulla uolo
O niueam que te poterit mihi reddẽ lucem
O mihi felicem terq; quaterq; diem
At ſi pro dulci reditu quecunq; uouentur
Audiat aduerſa non meus aure deus
Nec me regna iuuant nec Lidius aurifer amnis
Nec quas terrarũ ſuſtinet orbis opes
Nec alij cupiant liceat mihi paup̃e cultu
Securo cara cõiuge poſſe frui
Aſſis & timidis faueas ſaturnia uotis
& faueas concha cypria uecta tua
Aut ſi fata negant reditum triſteſq; ſorores
Stamina que ducunt queq; futura neunt
Me uocet in uaſtos amnes nigramq; paludem
Diues in ignaua luridus orcus aqua.

Ii meliora ferant nec ſint inſomnia uera
Que tulit externa peſſima nocte quies
Ite procul uanum falſumq; auertite uiſum
Deſinite in uotis querere uelle fidem

D iui uera monent uenturę nũptia ſortiſ
Vera monent tuſcíſ exta prolata uiriſ
S omnia fallaci ludunt temeraria nocte
Et pauidaſ menteſ falſa timere iubent
Et uanum uentura hominũ genuſ oĩa noctiſ
Farre pio placeant & ſaliente ſale
Et tamen utrunqꝫ eſt ſiue illa uera moneri
Mendaci ſomno credere ſiue uolent
Efficiat uanoſ noctiſ lucina timoreſ
Et fruſtra in meritum ꝑtimuiſſe uelit
S i mea nec turpi menſ eſt obnoxia facto
Nec leſit magnoſ impia lingua deoſ
I am nox ethereum nigriſ emerſa quadrigiſ
Non dum ceruleo lauerat amne rotaſ
Nec me ſopierat menti deuſ utiliſ egrę
Somnuſ ſollicitaſ deficit ante domoſ
T andem cum ſummo phebuſ proſpexit ab ortu
Preſſit languentiſ lumina ſera quieſ
Hic iuueniſ caſta redimituſ tempora lauro
Eſt uiſuſ nr̃a ponere ſede pedem
Non illo quicq̃ formoſiuſ ulla prioꝝ
Etaſ humanum nec uid& illud opuſ
I ntonſi crineſ longa ceruice fluebant
Stillabat tyrio mirtea rore coma

C andor erat qualem prefert latonia luna
Et color in niueo corpore purpureuſ
Et iuuenem primum uirgo deducta marito
Inficitur teneraſ ore rubente genaſ
Et cum contexunt amaratiſ alba puellę
Lilia & autumno candida mala rubent
I ma uidebatur taliſ illudere palla
Namqꝫ hec in nitido corpore ueſtiſ erat
A rtiſ opuſ rarę fulgenſ teſtudine et auro
Pendebat leua garula parte lira
Hanc primum ueniens plectro modulatꝰ eburno
Feliceſ cantuſ ore ſonante dedit
S ed poſtq̃ fuerat digiti cum uoce locuti
Edidit hec triſti dulcia uerba modo
S alue cura deum caſto nam rite puellę poetę
Phebuſqꝫ & bacchuſ pieridesqꝫ fauent
S ed proleſ Semele bacchuſ docteqꝫ ſororeſ
Dicere non norunt quid ferat ora ſequeſ
A t mihi fatoꝝ legeſ euiqꝫ futuri
Euentura pater poſſe uidere dedit
Q uare ego que dico non fallax accipe uateſ
Quodqꝫ deuſ uõ cinthiuſ ore ferat
T antum cara tibi q̃tum nec filia matri
Quantum nec cupido bella puella uiro

Pro qua sollicitas celestia numina votis
Que tibi securos non sinit ire dies
Et cum te fusco somnus velavit amictu
Vanum nocturnis fallit imaginibus
Carminibus celebrata tuis formosa neera
Alterius mavult ee puella viri
Diversasque suas agitat mens impia curas
Nec gaudet castas nupta neera domo
Ha crudele genus nec fidum femina nomen
ha pereat didicit fallere siqua virum
Sed flecti poterit mens est mutabilis illis
Tu modo cum multa brachia tende fide
Saevus amor docuit dne ferre verba minantis
Saevus amor docuit verbera posse pati
Impia in adversos solvimus ora deos
Et nondum cani nigros lesere capillos
Nec venit tardo curva senecta pede
Natalem primo nrum videre parentes
Cum cecidit fato consul uterque pari
Quid fraudare iuvat vitem crescentibus uvis
Et modo nata mala vellere poma manu
Parcite pallentes undas quicunque tenetis
Duraque sortiti tertia regna dei
Elisios olim liceat cognoscere campos
Letheamque ratem chimeriosque lacus

Cum mea rugosa pallebunt ora senecta
Et referam pueris tempora prisca senex
Atque utinam vano nequicquam terrear estu
Languent ter quinos sed mea membra dies
At nobis tusce celebrantur numina limphe
Et facilis lenta pellitur unda manu
Vivite felices memores & vivite nri
Sive erimus sive nos facta fuisse velint
Interea nigras pecudes promittite diti
& nivei lactis pocula mixta mero.

Candide liber ades sic sit tibi mistica vitis
Semper sic hedera tempora vincta feras
Aufer & ipse merum pariter medicando dolorem
Sepe tuo cecidit munere victus amor
Care puer madeant generoso pocula baccho
Et nobis prona funde falerna manu
Ite procul durum cure genus ite labores
Fulserit hic niveis delius alitibus
Vos modo proposito dulces faveatis amici
Neve neget quisquam me duce se comitem
Aut siquis vini certamen mite recusat
Fallat eum tecto cara puella dolo
Ille facit dites animus deus ille ferocem

Contulit & domine miſit in arbitrium
Armenias tigreſ & fuluaſ ille leenaſ
Vicit & indomitiſ mollia corda dedit
Hec amor & maiora uolet ſed poſcite bacchi
Munera quem neſtrum pocula ſicca iuuat
Conuenit ex equo nec toruus liber in illiſ
Qui ſe quique una uina iocoſa colunt
Non uenit iratuſ nimium nimiumque ſeueriſ
Qui timet irati numina magna bibat
Me quondam admeti niueaſ paviſſe iuuencaſ
Non eſt in uanum fabula ficta iocum
Tunc ego nec cythara poteram gaudere ſonora
Nec ſimileſ cordiſ reddere uoce ſonoſ
Sed pellucenti cantum meditabar auena
Ille ego latone filiuſ atque iouiſ
Neſciſ quid ſit amor iuueniſ ſi ferre recuſaſ
Immitem dominam coniugiumque ferum
Ergo ne dubitaſ blandaſ adhibere querelas
Vincuntur molli pectore dura prece
Quod ſi uera canunt ſacriſ oracula templiſ
Hec illi noſtro nomine dicta refer
Hoc tibi coniugium promittit Deliuſ ipſe
Felix atque alium deſine uelle uirum
Dixit & ignauuſ defluxit corpore ſomnuſ

Ha ego ne poſſim tanta uidere mala
Nec tibi crediderim uotiſ contraria uota
Nec tantum crimen · in eſſe tuo
Nam te nec uaſti genuerunt equora ponti
Nec flammam uoluenſ ech imera fera
Nec caniſ anguinea redimituſ terga caterua
Cui treſ ſunt lingue tergeminumque caput
Scillaque uirgineam canibuſ ſubmixta figuram
Nec te conceptam ſeua leena tulit
Barbara nec ſcitie telluſ horrenda ue ſirtiſ
Sed culta & duriſ non habitanda domuſ
Et longe ante aliaſ omneſ mitiſſima mater
Iſque pater quo non alter amabilior
Hec deuſ in meliuſ crudelia ſomnia uertat
Et iubeat tepidoſ impia ferre nothoſ.

Os tenet etruſciſ manatque fontibuſ undaſ
Vnda ſub eſtiuum non adheunda canem
Nunc autem ſacriſ baiarum maxima limphiſ
Cum ſe purpureo uere remittit humuſ
At mihi perſephone nigram denuntiat horam
Immerito iuueni parce nocere dea
Non ego temptaui nulli temeranda deorum
Audax laudande ſacra docere decet
Nec mea mortiferiſ infecit pocula ſucaſ

Dextera nec cuiq; certa uenena dedit
Nec nos sacrilegis templis amouimus egros
Nec cor sollicitant facta nephanda meũ
Nec nos insane meditantis iurgia mentis
Quales his penas
Quales his penas deus hic ꝗtumq; minetur
Cadmee matris preda cruenta docet
Sed procul a nobis hic sit timor illaq; signa ẽ
Quid ualeat lesi senti& ira dei
Quid pretor hã demens uenti temeraria uota
Aerie & nubes diripienda ferant
Quius nulla mei superest tibi cura nehera
Sis felix & sint candida fata tua
At nos secure reddamus tempora mẽse
Venit post multas una serena dies

Ei mihi difficile est imitari gaudia falsa
Difficile est tristi fingere mente iocum
Nec bene mendaci risus componitur ore
Nec bñ sollicitis ebria uerba sonant
Quid queror infelix turpes discedite cure
odit leneus tristia uerba pater
Gnosia thesei quondam piurgia lingue

Fleuisti ignoto sola relicta mari
Sic cecinit pro te doctus minoi catullus
Ingrati referens impia facta uiri
Vos ego nunc moneo felix quicunq; dolore
Alterius discens posse carere tuo
Nec uos aut capiant pendentia brachia collo
Aut fallat blanda sordida lingua fide
Etsi perq; suos fallax iurauit ocellos
Iunonemq; suam perq; suam uenerem
Nulla fides inerit piuria rid& amantũ
Iuppiter & uentos irrita iubet ferre
Ergo qui totiens fallacis uerba puelle
Conqueror ite a me seria uerba pꝯr
Quã uellem tecum longas requiescere noctes
Et tecum longos peruigilare dies
Perfida nec merito nobis inimica meṽti
Perfida sed quius perfida cara tamen
Naida bacchus amat cessas o lente minister
Temp& annosum martia limpha merum
Iamdudum tirio madefactus tẽpora nardo
Debueram sertis implicuisse comas
Non ego si fugiet nrẽ conuiuia mense
Ignotum cupiens uana puella thorum
Sollicitus repetam tota suspiria nocte
Tu puer & liquidum fortius adde merũ

Ne tibi ſit mea lux eque tam ſe   cura
Aut uideor paucoſ ante fuiſſe dieſ
Siquicq̃ tota commiſi ſtulta iuuenta
Cuiuſ me fateor penituiſſe magiſ
Heſternaq̃ te ſolum q̃ nocte reliqui
Ardorem cupienſ diſſimulare meum.
S

E meſſala canam q̃q̃ mea cognita uirtuſ
Terre ut infirme ualeant ſuſtinē uireſ
Incipiam tamen a meritiſ ſi carmina laudeſ
Deficiant humiliſ tanti ſim conditor actiſ
Nec tua preter te cartiſ intexere quiſq̃
Facta queat dictiſ ut non maiora ſupſint
Eſt nobiſ uoluiſſe ſatiſ nec munera parua
Reſpueriſ & phebo gratiſſima dona
Creſtulit & cunctiſ baccho iocundior hoſpeſ
Icariuſ ut puro teſtatur ſidera celo
Erigoneq; caniſq; neget . . longior etaſ
Cum et alcideſ deuſ aſcenſuruſ olimpum
Leta molorcheiſ poſuit ueſtigia terriſ
Paruaq; celeſteſ pacauit micca nec illiſ
Semp̄ inaurato thauruſ cadit hoſtia cornu
Hic q̃q; ſit gratuſ paruuſ labor ut tibi poſſim

Inde alioſ alioſq; memor componē uerſuſ
Alter dicat opuſ magni mirabile mundi
Qualiſ in immenſo deſederit ere telluſ
Qualiſ & incurium ponduſ conflux erit orbem
Et uaguſ eſt terriſ qua ſurgere nitit aer
Huic & contextuſ paſſim fluit igneuſ ether
Pendentiq; ſuper claudantur ut omnia celo
Et quodcumq; mee poterunt audē camene
Seu tibi par poterit ſeu q̃d ſpeſ annuit ultra
Siue minuſ certeq; canent minuſ omne nouem
Hoc tibi nec tanto careat mihi carmine carta
Nam q̃q̃ antique gentiſ ſuperat tibi laudeſ
Undiq; quiq; canent iuncto pede q̃q; ſoluto
Non tua maiorum contenta eſt gl̃a fama
Nec queriſ quid qua index ſub imagine dicat
Sed generiſ priſcoſ contendiſ uincē honoreſ
Q̃ tibi maioreſ maiuſ decuſ urbe futuriſ
At tua non tituluſ capit ſub noīe facta
Etherno ſed erunt tibi magna uolumina uerſu
Conueniantq; tuaſ cupidi componē laudeſ
Undiq; quiq; canent uincto pede q̃q; ſoluto
Quiſ potiuſ certamen erit ſim uictor in illiſ
Ut nr̃um tantiſ inſcribam nomē in actiſ
Nanq; tibi maiora geret cartiſ ne foreue

Iuſta pari premitur ueluti cum pondere libra
Prona nec hac prius parte ſedet nec ſurgit ab illa
Qualis inequatum ſiquando onus urget utrinque
Inſtabilis natat alterno depreſſior orbe
Nam ſeu diuerſi fremat inconſtantia uulgi
Non alius ſedare queat ſeu iudicis ira
Sit placanda tuis poterit miteſcere uerbis
Non pilos aut itace tantos genuiſſe feruntur
Neſtora uel paruę magnum detius urbis ulixem
Vixerit ille ſenex quamuis dum terna per orbem
Secula fertilibus titan decurreret oris
Ille per ignotas audax errauerit orbes
Qua maris extremis tellus includitur undis
Nam ciconumque manus aduerſis repulit armis
Non ualuit cyclops tempus conuertere curſus
Ceſſit ethnee neptunius incola rupis
Victa maroneo fedatus lumina baccho
Vexit & eolii placidum per nerea uentos
Incultos adit leſtrigonas antiphatemque
Nobilis artacie gelidos quos irrigat unda
Solum nec docte uerterunt pocula circes
Quamuis illa foret ſolis genus apta uel herbis
Aptaque uel cantu ueteres mutare figuras
Cimerion et obſcuras acceſſit ad artes

Quis numquam candente dies apparuit ortu
Seu ſupra terras phebus ſeu curreret infra
Vidit ut inferno plutonis ſubdita regno
Magna deum proles leuibus diſcurreret undis
Preteritque citra ſirenum litora puppi
Illum tergemine nantis confinia mortis
Nec ſcille ſeuo conterruit impetus ore
Cum canibus rapidas inter freta ſerperet undas
Nec uiolenta ſuo conſumpſit more caribdis
Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo
Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum
Non uiolenta uagi ſileantur paſcua ſolis
Non amor & fecunda athlantidos arua ~~calipſos~~ caliſpos
Finis & errorum miſeri pheacia tellus
Atque ſeu noſtras hec interſunt cognita terras
Fabula ſiue nouum dedit his erroribus orbem
Sit labor illius tua dum facundia maior
Nam te non alius belli tenet aptius artes
Qua deceat tutam caſtris preducere foſſam
Qualiter aduerſos hoſti defigere neruos
Quemue locum ducto melius ſit claudere uallo
Fontibus ut dulces erumpat terra liquores
Et facilisque tuis aditus ſit arduus hoſti
Laudis & aſſiduo uigeat certamine miles
Quis tardamue ſudem melius celeremque ſagittam

Iecerit aut lento ꝑfregerit obuia pilo
Et quis equum celeremue arcto compescē freno
Possit & effusas tardo permittē habenas
Inq; uicem modo directo contendē passu
Seu libeat curuo breuius contendere giro
Quis parma seu dextra uelit seu leua tueri
Siue hac siue illac grandis uenit īpetus haste
Amplius aut signata loca cita tangere funda
Iam simul audacis ueniant certamina martis
Aduersisq; parent acies concurrē signis
Tunc tibi non desit faciem componē pugnę
Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen
Rectus in equatis decurrat frontibus ordo
Seu libeat duplicem seu iunctum cernē martem
Dexteraq; ut leuum teneat dextrumq; sinister
Miles sitq; duplex gemini uictoria casus
At non per dubias errant mea carmina laudes
Nam bellis experta cano testis mihi uicte
Fortis iapidię miles testisq; fallax
Pannonius gelidas passim disiectus in alpes
Testis & arpinus & pauꝑ natus in armis
Quem si quis uideat uetus ut nō fregerit etas
Terna minus pilię miretur secula famę
Nanq; senex longe ꝑagit dum secula famę
Centum fecundos titan reuocauerit annos

Ipē tamen uelox celerem supedere corpus
Audet equum ualidisq; sed& moderator habenis
Te duce non alias conuersus terra domator
Libra romanę sbiecit colla catenę
Nec tñ is contentus eris maiora peractis
Instant compertum est ueracibus ut insignis
Quis amithaonius nequeat certare melampus
Nam modo fulgentem tirio sbtegmine uestem
Indueras oriente diem duce fertilis anni
Splendidior liquidis cum sol caput extulit undis
Et fera discordes tenuerunt flamina uenti
Curua nec assuetos egerunt flumina cursus
Cum rapidum placidis & mare cōstitit undis
Vlla nec aereas uolucris ꝑlabitur auras
Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas
Cum largita tuis sunt multa silentia uotis
Iupiter ipse leui uectus ꝑ inania curru
Affuit & celo uicinum liquit olimpum
Intentaq; tuis precibus se prebuit aurē
Cunctaq; ueraci capite annuit additus aris
Letior eluxit structos sup ignis aceruos
Cum ortante deo magnis insistē rebus
Inape nunc idem tibi sunt aliisq; triuphi
Non te uicino remorabitur obuia marte.

Gallia nec latis audax hyspania terris
Nec fera tetereo tellus obsessa colono
Nec qua vel nilus vel regia terra choaspes
Profluit aut rapidis cirri dementia cidnus
Creteis arid& aut unda caristica campis
Nec qua regna vago tamiris finiuit araxe
Impia nec seuis celebrans conuiuia mẽsis
Ultima uicinus phebo tenet arua padeus
Quaq; ebrus tinaisq; getas rigat atq; magnos
Quid moror / occeanus ponto qua contin& orbem
Nulla tibi aduersis regio sese offer& armis
Te manet inuictus romano marte britannus
Teq; interiecto mundi pars altera sole
Nam circumfuso consistit in aere tellus
Et quinq; in partes toto disponitur orbe
Atq; due gelido uastantur frigore semp
Illic & densa tellus absconditur umbra
Et nulla incepto p labitur unda liquore
Sed durata riget densam in glaciemq; niueq;
Quippe ubi non unq; titan supegerit ortus
Et media & phebi semp subiecta calori
Seu proprior terris extiuũ fertur in orbem
Seu celer hibernas properat decurrẽ luces
Non ergo presso tellus exurgit aratro

Nec frugem.

Nec frugem segetes prebent neq; pabula terre
Non illic colit arua deus bacchusue Ceresue
Nulla nec exhustas habitant animalia ptes
Fertilis hanc inter posita est interq; rigentem
Nraq; & hinc aduersa solo ps altera nr̃o
Quas similis utriq; tenens in media celi
Temprat alter & alterius uires negat aer
Hinc placidus nobis per tempora uertitur annus
Hinc & colla iugo didicit submittere taurus
Et leta excelsos uitis conscendẽ ramos
Tonditurq; seges maturos annua partus
Et ferro tellus pontus confunditur ere
Quin et structis exurgunt oppida muris
Ergo ubi preclaros poscent tua facta triũphos
Solus utroq; idem diceris magnus in orbe
Non ego sum satis ad tante preconia laudis
Ipse mihi non si prescribat carmina phebus
Est tibi qui possit magnis se accingẽ rebus
Valgius eterno proprior non alter homero
Languida non nr̃ peragit labor ocia qui[illegible]
Fortuna ut mos est illi me adũsa fatig&
Nam mihi cum magnis opibus domus alta nitere&
Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci
Horrida fecundis indeficientia mensis
Cuiq; pecus denso pascebant agmine colles

Et domino ſatis & nimium furiiq; lupoq;
Nec deſiderium ſupereſt nam cura renatur
Cum memor actitus ſemp dolor admon& annos
Sed licet aſperiora cadant ſpolierq; relictus
Non te deficient nrē memorare camene
Nec ſolum tibi pieri tribuentur honores
Pro te uel rapidas auſim maris ire pundas
Aduerſis hiberna licet tumeant freta uentis
Pro te uel denſis ſolus ſbſiſtē turmis
Vel paruum ethnee corpus committere flame
Sunt quodcunq; tuum ē nrī ſi paruula cura
Sit tibi quanta libet ſi ſit modo nōm regna
Lidia non magni potior ſit fama philippi
Poſſem me letheas nec mallem mittere cartas
Quod tibi ſi uerſus nrī totuſue minuſue
Vel bene ſit notus ſummo uel inerr& in ore
Nulla mihi ſtatuunt finem te fata canendi
Quin ē͠t mea tunc tumulus cōtexerit oſſa
Seu matura dies fato properat mī morten
Longa manent ſeu uita tamen mutata figura
Seu me finget equum rigidos percurrē campos
Doctum ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus
Siue ego p liquidum uolucris uehar aera pennis
Inquecunq; hoīem me longa recepit etas

Inceptis dē te ſbtexam carmina cartis:

Vlpitia eſt tibi culta tuis mars magᵉ klendis
Spectatum e celo ſi ſapis ipſe ueni
Hoc uenus ignoſcet at tu uiolente caueto
Ne tibi miranti turpiter arma cadant
Illius ex oculis cum uult exurē deos
Accendit geminas lampades acer amor
Illam quicquid agit quoquo ueſtigia mouit
Componit furtim ſbſequiturq; decor
Seu ſoluit crines fuſis decet ēē capillis
Seu compſit comptis ē ueneranda comis
Vrit ſeu tiria uoluit procedere palla
Vrit ſeu niuea candida ueſte uenit
Talis in eterno felix uertumnus olimpo
Mille hunc ornatus mille decenter ht
Sola puellarum digna eſt cui mollia caris
Vellera det ſucis bis madefacta tyros
Poſſideatq; metit quicquid bene olentibus aruis
Cultor odorate diues arabs ſegetis
Et quaſcunq; niger rubro de littore gemas
Proximus eois colligit indus aquis
Hanc uos pierides feſtis cantate calendis

Et testudinea phebe supbe lira
Hoc solempne sacrum multos hoc sum& in annos
Dignior est uro nulla puella thoro.

Arce meo iuueni seu quis bona pascua campi
Seu colis umbrosi deuia montis aper
Nec tibi sit duros acuisse inpectore dentes
Incolumen custos hunc mihi seru& amor
Sed procul abducit uenandi delia cura
O pereant sylue deficiantque canes
Quis furor: que mens densos indagine colles
Claudentem teneras ledere uelle manus
Quid ue iuuat furtim latebras intrare ferarum
Candidaque amatis crura notare rubris
Sed tamen ut tecum liceat cherinte uagari
Ipsa ego pmontes retia torta feram
Ipsa ego uolocis quaeram uestigia ceruí
Et demam celeri ferrea uincla cani
Tunc mihi tunc placeant silue si lux mea tecu
Arguar ante ipsas concubuisse plagas
Tunc ueniat licet ad casses illesus habebit
Da ueneris cupide gaudia turbet aper
Tunc sine me sit nulla uenus si lege diane

Caste puer casta retia tange manu
Et quecumque meo furtim subrepit amori
Incidat inseuas diripienda feras
Aut tu uenandi studium concede parenti
& Celer in nros ipse recurre sinus.

Uc ades & tenere morbos expelle puelle
huc ades intonsa phebe supbe coma
Crede mihi propera nec te iam phebe pigebit
Formose medicas adhibuisse manus
Effice ne macies pallentes occup& artus
Neu notet informis pallida membra color
Et quodcumque mali est, & quicquid triste timemus
Inpelagus rapidis euehat amnis aquis
Sancte ueni tecumque feras quicumque sopores
Quicumque & cantus corpora fessa leuant
Neu iuuenem torque metuit q fata puelle
Votaque pro domina uix numeranda facit
Interdum uou& interdum qd langueat ipsa illa
Dicit in ethereos aspera uerba deos
Pone metum Cherincte deus non ledit amates
Tu modo semp ama salua puella tibi e
At nc tota tua est te solum candida secum
Cogitat & frustra sedula turba sedet

Phebe faue lauſ magna tibi tribuetur in uno
Corpore ſeruato reſtituiſſe duos
Nil opuſ eſt fletu lacrimiſ erit optiuſ uti
Si qn̄ fuerit triſtior illa tibi
Iam celeber iam letuſ eriſ cū debita redd&
Certatim ſanctiſ letuſ uterq; focis
Tunc felicem dicet pia turba deorſ
Optabunt arteſ & ſibi quiſq; ſuaſ.

ſt qui te Cherinte dieſ dedit iſ m̄ ſanct⁹
Atq; inter feſtoſ ſemp̄ habenduſ erit.
Te naſcente nouum parce cecinē puelliſ
Seruitium & dederant regna ſupba tibi
Vror ego ante aliaſ iuuat hoc Cherinte q̄ uror
Si tibi de nobiſ mutuuſ igniſ adeſt
Mutuuſ adſit amor p̄ te dulciſſima furta
Perq; tuoſ oculoſ p̄ geniumq; rogo
Mane geni cape thura libens notiſq; faueto
Si modo cum de me cogitat ille ualet
Qđ ſi forte alioſ iam nūc ſuſpir& amoreſ
Tunc precor infidoſ ſancte relinque focoſ
Nec tu ſiſ iniuſta uenis uel ſeruiat eque
Vinctuſ uterq; tibi uel mea uincla leua

Sed potiuſ ualida teneamur uterq; catena
Nulla queat poſt hac noſ ſoluiſſe fideſ
Optat idem iuuenis qđ noſ: ſed tutiuſ optat
Nam pud& hic illum dicere uerba palam
At tu natalis qm̄ deuſ oīa ſentiſ
Annue qđ refer& clam ue palamue roget.

Atalis iuno ſanctos cape thuriſ aceruos
Quoſ tibi dat tenera docta puella manu
Tota tibi eſt hodie tibi ſe letiſſima cōpſit
Star& ut ante tuoſ conſpicienda focoſ
Illa quidem orandi cauſaſ tibi diua relegat
Et tamen occulte cui placuiſſe uelit
At tu ſancta faue ne noſ diuellat amanteſ
Sed iuuenem queſo mutua uincla para
Sic bene componeſ ille non ille puelle
Succurre aut cuidam dignior illa uiro
Nec poſſit cupidoſ uigilanſ dep̄hendē cuſtoſ
Fallendiq; uiaſ mille miniſtr& amor
Annue purpurea ueni pellucida palla
Ter tibi ſic libo ter dea caſta mero
Precipit & nate mater ſtudioſa qđ optat
Illa aliud tacita iam ſua mente rogat

Vritur ut celeres urunt altaria flamme
Nec liceat quiſ ſana fuiſſe uelit
S i iuueni grata ueniet cum proximus annus
Hic idem notis iam uetus eet amor.

\+ Andem uenit amor qualem texiſſe pudore
Q̃ nudaſſe alicui ſit mihi fama magis
Exorata meis illum cytharea camenis
Attulit in noſtrum depoſuitq; ſinum
Exſoluit promiſſa uenus mea gaudia narret
Dicetur ſiquis non habuiſſe ſuam
Non ego ſignatis quicquid mandare tabellis
Me legat id nemo mens quam an uelim
S ed peccaſſe iuuat uultus componere fame
Ted& cum digna. digna fuiſſe ferar.

e Nuiſus natalis adeſt cum rure moleſto
Deſine cherinto triſtis agendus erit
Dulcius urbe quid eſt an uilla ſit apta puelle
Atq; arretino frigidus amnis agro
I am nimium meſſala mei ſtudioſe queſcas
Heu tempeſtiue ſepe propinque uie
Hic animum ſenſuſq; meos abducta relinquo

Arbitrio quiſ non ſinis ee meos.

Cis iter ex animo ſublatum triſte puelle s.
Natali rome non ſinet eſſe tuo
Omnibus ille dies nobis natalis agatur
Qui nec opinanti nunc tibi forte uenit

Ratum eſt ſecurus multaque iam tibi de me g
Permittis ſubito non male inepta cadam
Sit tibi cura toge potior preſſumque quaſſillo
Scortum quam ſerui filia ſulpitia
Solliciti ſunt pro nobis quibus illa dolori eſt
Nec credam ignoto maxima cauſa thoro.

St ne tibi cherinte tue placitura puelle e
Quod mea nunc uexat corpora feſſa calor
Ha ego non aliter triſtes euincere morbos
Optarim quam te ſic quoq; uelle putem
Ha mihi quid proſit morbos euincere quid tu
Noſtra putes lecto pectore ferre mala
Nec tibi ſim mea lux eque tam feruida cura
Ac uideas paucos ante fuiſſe dies
S iquicquid tota commiſi ſtulta iuuenta
Cuius me fatear penituiſſe magis

Hesterna q̃ te solum q̃ nocte reliqui
Ardorem cupiens dissimulare meum.

Ulla tuum nobis subducet femina lectũ
Hoc primũ iuncta ē federe nr̃a Venus
Tu modo sola places nec iam te preter in urbe
Formosa est oculis ulla puella meis
Atq; utinam posses uni mihi bella uideri
Displiceas aliis sic ego tutus ero
Nil opus inuidia est procul absit gl̃a uulgi
Qui sapit in tacito gaudeat ipse sinu
Sic ego secretis possum bene uiuẽ syluis
Qua nulla humano sit uia trita pede
Tu mihi curarum requies tu nocte uel atra
Lumen & in solis tu mihi turba locis
Nunc licet et celo mittatur amica tibullo
Mittetur frustra deficietq; uenus
Hec tibi sc̃a tue Iunonis numina iuro
Que sola ante alios ē tibi magna deos
Quid facio demens heu heu mea pignora credo
Iuraui stulte prodeat iste timor
Nunc tu fortis eris nũc tu me audacius ures
Hoc peperit misero garula lingua malum

Iam faciam quodcunq; voles tuus usq; manebo
Nec fugiam nocte seruitium dñe
Sed ueneris sancte considam uinctus ad aras
Hec notat iniustos supplicibusq; fauet.

Rumor ait crebro nostram peccasse puellam
Nunc ego me surdis auribus ēē uelim
Crimina non hec sunt nr̃o sine facta dolore
Quid miserum torques rumor acerbe tace.

Finis.

Explicit Tibullus.

Emnona si mater mater ploravit Achillem
& tangunt magnas impia facta deas
Flebis indignos elegia solve capillos
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit
Ille tui vates operis tua fama Tibullus
Ard& in extructos corpus inane rogo
Ecce puer veneris fert eversamque pharetram
Et fractos arcus & sine luce faces
Aspice demissis ut eat miserabilis alis
pectoraque infesta tundat aperta manu
Excipiunt lachrimas sparsi per colla capilli
Oraque singultu concutiente sonant
Fratris in enee sic illum funere dicunt
Egressum castris pulcer iule tuis
Nescimus est confusa venus moriente Tibullo
Quam iuvenem rupit cum ferus inguen aper
At sacri vates & divum cura vocamur
Sunt et qui nos numen habere putant
Scilicet omne sacrum mors importuna profanat
omnibus obscuras inicit illa manus
Quid pater hismario quid mater profuit orpheo
Carmine qui victas obstupuisse feras
Et linum in silvis idem pater ehlinum altis

Dicitur invicta constituisse lira
Aspice meonidem a quo ceu fonte perenni
Vatum pyeris ora rigantur aquis
Hunc quoque summa dies nigro submersit averno
Et fugiunt avidos carmina sola rogos
Durat opus vatum troiani fama laboris
Tardaque nocturno tela retenta dolo
Sic nemesis longum sic Delia nomen habebunt
Altera cura recens altera primus amor
Quid nos sacra iuvant quid nos egyptia prosunt
Sistra quid in vacuo secubuisse thoro
Cum rapiant mala fata bonos ignoscite fasso
Sollicitor nullos esse putare deos
Vive pius moriture pius cole sacra colentem
Mors gravis a templis in sacra busta trah&
Carminibus confide tuis iac& ecce Tibullus
Vix man& toto parva quod urna capit
Tene sacer vates flamme rapuere rogales
pectoribus pasci nec timuere tuis
Aurea sanctorum potuissent templa deorum
Urere que tantum sustinuere nephas
Avertit vultus erici que possid& arces
Sunt quoque qui lachrimas continuisse negant
Sed tamen hoc melius quam si feacia tellus

Ignotum uili ſuppoſuiſſet humo
Hic certe manibus fugienteſ pſſit ocelloſ
Mater & in cineres ultima dona dedit
Hinc ſoror in partem miſera cũ matre doloriſ
Venit inornataſ dilacerata comaſ
Cumque tuis iunxere ſua Nemeſiſque priorque
Obſcula nec ſoloſ deſtituere rogoſ
Delia diſcendenſ felicius inquit amata
Sum tibi uixiſti dum tuus ignis eram
Cui Nemeſiſ quid ait tibi ſunt mea dãna labori
Me tenuit moriens deficiente manu
Si tamen e nobis aliquid niſi nomẽ & ũbra
Reſtat in Eliſia ualle Tibullus erit
Obuius huic uenies hedera iuuenilia cinctus
Tempora cum Caluo docte Catulle tuo
Tu quoque ſi falſum eſt temerati crimen amici
Sanguinis atque anime prodige Galle tue
His comes umbra tua eſt ſi qua modo corporiſ ũbra eſt
Auxiſti numeroſ culte Tibulle pioſ
Oſſa quieta precor tuta requieſcite in Vrna
Et ſit humus cineri non onerosa tuo.

FINIS

Si uacat a patrii cura ſtudioque ſenatus
Quicquid id eſt placido lumine Coſme legas
Elicit hoc cuiuſ triſti rigidone cachinnoſ
Cumque uel Ypolito concitat inguen opuſ
Hac quoque parte ſequor doctoſ ueteresque poetaſ
Quoſ & iam luſuſ compoſuiſſe liquet
Quoſ & perſpicuum ẽ uitam uixiſſe pudicam
Si fuit obſcenis plena tabella ioci
Id latet ignauum uulguſ; cui nulla poteſ
Viſere ſed denti uentri dedita cura fuit
Cuius & hoſ luſuſ nr̃oſ inſcitia carpet
O ita ſit, doctis inreprehenſus ero
Tu lege tuque rudem nihil fac Coſme popellum
Tu mecum eternoſ ipſe ſequare uiroſ

Coſmus habet diuoſ & lectitat uſque poetaſ
Quid ſtudium turbas rauce poeta ſuum

Coſmuſ habet lautitaſ epulaſ: quid oluſcula cenat
Vna quidem ratio eſt, & ſtudij & ſtomachi.

Itulum nr̄i legiſti Coſme libelli
Marginibuſ primiſ hermafroditus erat
Cunnuſ & ē noſtro, ſitus ē & mentula libro
Conueniens igitur q̄ bn̄ nom̄ h̄t
At ſi podicem notites quod podice cũt&
Non inconueniens nom̄ habebit adhuc
Quod ſi non placeat nom̄ nec & hoc nec & illd
Dum̄odo non caſtum pone qd̄ ipſe uelis.

Ve que ades exhortor procul hinc matrona recede
Quecque ades hinc pariter uirgo pudica fuge
Exuor en bracas ~~ne~~ iam proſilit inguen aptis
& mea ꝑ multo muſa ſepulta mero eſt
Stet legat & laud& uerſus Nichina procaces
Aſſueta & nudos uerſa uidere uiros.

Vm mea uult futui ſup incubat Vrſa pape
Ipſa ſuas partes ſuſtineo, illa meas
Si iuuat Vrſa uehi moueas cluneſq; femurq;
Partius haud inguen non tollerabit onus
Deinde cane reduca repetas ne pedice porem

Quis Vrſa uoles, non mea uirga uolet

Oruinus negetem cuſtodit claue ſeraq;
Non cohibet cunnum coniugis ille ſera.
Zelotipus negetis, cunni ſed prodigus ille eſt
Hauſtu nam cunnus non perit, illa perit.

Ius ſcire meum nom̄ notumq; uiator
Pegaſus hac ego ſum claudus humatus humo
Vota deinde ſcias, notum cum ſciueris andi.
Sic deſiderio tu potiare tuo.
Cum paticum quemq̄ pedicaturus ephebū es
Illud in hac tumba queſo uiator agas
Atq; itanis animas coitu nō thure piato
Scilicet hanc requiem manibus oro dato
Hoc apud infernas genus ē leuaminis ūbras
Precipuum priſci ſic ſtatuere patres
Quippe ita chironis cineres placabat achilles
Senſit & hoc podex flaue Patroche tuus
Gnouit hylas patrio perciſus ab hercule buſto
Tu mihi maiores qd̄ docuere lita.

I multus multe ē naſus tentiginis index
Vrſe tentigo tenditur uſq; pedes

Quin si multa ampli nasi tentigo sit index
 Nasus adusque tuum tenditur usque genu.

 Veris ab unanimi dulcis Cornute sodali
 Cur videor relicta tristior etruria
Cur lusus abiere sed ioci ve
 Muta quod hic subito facta talia mea est
Pene pontes agit hic gallus quercuscula solus
 Queque velit solus basia queque velit
Is sibi habet quodcumque natis vel podicis urbe
 Quidquid et etruscis aut aliunde venit
Munera dat Creso nummato qualia sat sint
 Muneribus blandas addicit illecebras
Inde edita suis scribit quasi pastor ephebis
 Ne sine se tangi, ne sine te subigi
Non potes ergo loqui puero ni indulgeat ille
 Ni velit is puero non potes ipse frui
Tu contra ingenuas mulieres tuque servas
 Tu ve bonas vexas inguine tu ve malas
Vix tibi que natum sacro de fonte levabit
 Vix sacra vixque soror, vix tua tuta pares
Tu futuis viduas, futuis nuptas ve maritas ve
 Et tibi iussa cum quicquid in orbe manet
Tu tibi vis igitur tota quod mingit in urbe

 Ille sibi toto quicquid in orbe cacat
Et mihi qui est iam constat mentula qualem
 Qui superat certe non homo mulus erit
Et mihi nimirum constant viresque vicesque
 Quales qui vincit non homo passer erit
Cur mihi non igitur futuendi copia fiat
 Nec sit que coleos auriat ulla meos
Quare agendum nobis de partis cede puellam
 Aut unam aut unam tu mihi quere novam
Tunc me conspicias letum lautumque licebit
 Candida tunc pulchrum nostra talia canet.

 Escio quis nostram fertur carpisse camenam
 Si non decipior Lupus ille fuit
Illa sibi soluta est nimium lasciva videri
 Est viris obscenis nostre est lasciva muse
Illa levis versu moribus ille levis
Adde quod id nostri pedibus non ambulat equis
 Imparibus constat nostra camena modis
Si culpat versus est culpare necesse est
 Si sapis ergo tace prodigiose senex.

 Ic mihi cur longo lupi vestiris amictu
 Autumn sure vis operire toga

Nil agis o, demens humeri lateraq; movetur
Vt tumida nullo remige lembus aqua.

I tot habes scapula penes: quot sorpseris anno
& psers uincis Marmiriane boues.

Olus habes numos & solus Lentule libros
Solus habes pueros pallia solus hes
Solus & ingenium cor solus solus amicos
Vnum si demas omnia solus hs.
Hoc unum e podex, quem non tibi lentule solus
Sed quem cum populo Lentule mollis hes.

Odus ait nrām uitam nō eē pudicam
Et scriptis mentem concipit ille meis
Non debet teneros hodus legisse catullos
Non uidit penem verpe priape tuum
Qd dicant Marsos q marsos qoue pedones
Denique q cunctos: nū mihi turpe putem
Me sine cum tantis simul una errare poetis
Et tu cum uulgo crede qd hode uelis.

Omis es & totus pulcher, totusq; facetus
Literulis totus deditus ingenuis

Atq albertor

Atq; albertorum claro de sanguine cretus
Nec morum qsq̄ est nobilitate sior
Cum placeas cunctis raris prodotib; idem
Tu mihi pro uera simplicitate places
Veridicus cum sis & apte frontis amicus
Impariti nro Cosmate dic quid agam.
Si mihi sint epule totidem, quot malite pene plume
Vno luxuriens has edet ursa die.
Si mihi sint totidem uegetes quot equore pisces
Vno subsitiens ebibet ursa die.
Si mihi sint totidem loculi quot littore harene
Hos omnis uno depleat ursa die
Si mihi sint totidem penes, quot in arbore rami
Hos omnis uno sorbeat ursa die.
Denique si nasis essem batista refertus
Hos fetore omnis imbuet ursa suo.

D non dilectas quinti tibi mentula tanta est
Si tibi iocunda est non potes arrigere
Qui uolt posse suum digitos intrudat in anum
Sic phibent helene concubuisse parim.

Ine mones nrām demam de carmine penem
Carmina sic cunctis posse placē putas

Mine meum certe nolim caſtrare Libellum
Phebus hēt penem Caliopeq; femuſ.

Oſſa marmoreo iac& hoc Horiecta ſepulchro
Ipſe deum Credam numina poſſe mori
Non fuit abſimilis forma/aut uirtutib; ipſis
Celitibus ſane glīa magna ſuę
Heu heu non probitas ſpeties aut unica qq̄
Ab inclemente demere morte pot.
Quod ſi clara deos faciat mortalia uirtus
Corpora ſi celum ſimphoabus pateat.
Non dubitem p̄uum modo nō ſibi ira negetur.
Deyciet ſupera ſede puella iouem.

Ic tumulus longe tumulo felicior omni
Batiſtę auricomę uirginis oſſa tegit
Dulater hec agili pulſabat Cimbala dextra
Mouit & artifices ſaltibus apta pedes
Omnibus & cantu plusq̄ philomena placebat
Matre quidem pulchra pulchrior illa fuit
Indolis egregię: minimo pro errore rubebat
Sparsa rubore placens/fusa rubore decens
Cum ſatis hec fecit naturę luce ſuppremam
Taranſierat uitę uix duo luſtra ſuę.

Rgo tua Lupi ſi paſcatur hiſbo culina
Cur non obſequitur iuſſibus ille tuis
Et ſi grāmatica inſtituas hunc arte magr̄
Cur tibi dat teriera uerbera crebra manu
Neſcio thireſiae ſortes nec aruſpicas artes
Sed coniectura hoc & ratione ſcio.
Qui nocte ē facilis: durus ſit luce neceſſe ē
Quem non pedicas eſt tibi morigerus

Anti nugarum lector ſtudioſe mearū
Cui plusq̄ ſatis eſt nr̄a camena plac&
Deſine mirari uerſus quos inter edendum
Edimus: aut hora carmina luſa breui
Teſtis es: ut cum iam uerſu defeſſior eēm
E digitis calamos ſ̄bſtrahebat ursa meis
Carmina iam noſti ſtrepitu p̄ ſepe ſoroq;
Condita ſint medio qualia cunq; legis
Cum platea dubius peterē uerbumq; locuq;
Factus ſum monitus certior ipſe tuo
Verum adeo longe me diligis: ut tibi natis
Thearica uidear concinuiſſe lira
Siqua tamen nr̄ę dederit ſors ocia pennę
& me tranglla ſcribere mente ſinat
Eſt aīo uerſus quos nulla obliecteret etas

Conficere ingenij nimium mihi uana fideſ
I nterea felix & amanſ im balle ualeto
Fiant & parte ferrea fila tue
Et tua crudeliſ deponat Maſia faſtuſ
Atq iterum felix compatriota uale.

E uexat Peruſinuſ amor uincitq ſeneſem
Heu capit heu uexat me pruſinuſ amor
Collibeat ſummo proleſ Peruſina tonanti
Grata fore & ſupiſ ſtirpſ peruſina deiſ
Careluſ inſigniſ forma natoq decore
Me ten& & tenero ſub pede colla premit

T lubeat peruſinuſ amor te uſ& & angat
Me mea ſenenſiſ liuia nimpha capit
Genſ tibi genſq ioui placeat peruſina ſupmo
Me mea dumtaxat nimpha ſenenſiſ am&
Nil mortale ten& diuaſ & moribuſ equat
Et ſpecie & iouiſ hec digna rapina fore.

Yppiter omnipotenteſ & clementiſſime diuum
Exaudi : fundit quaſ tua ſena preceſ
I uſta precor : iuſtaſ audi iuſtiſſime uoceſ

Vrbiſ & o, miſere commiſeraſce deuſ
Poſtq me affligi tantorum morte uirorum
& nurum placuit uiuat alumpna precor
Viuat alumpna precor qua ſciſ proluxi una
Mater amem : ſtabile e matriſ alumna decuſ
Nimpha diu ſup& : patrie fauſtiſſima proleſ
Eſt honor & doſ, ſpeſ, gloria, fama mei e
Vt pereunt cuncti & maneat modo nimpha ſupſteſ
Damna poteſt patrie reſtituiſſe ſue
S i uiuit mecum eſt uirtuſ uictoria moſ pax
Nobilitaſ & cum nobilitate ſaluſ
S i migrat ſane cuncta hec & plura peribunt
Morſ ſua morſ nobiſ omnibuſ acriſ erit
Non amor aut cultuſ nec erit iocuſ ullus in urbe
plauſuſ nec riſuſ leta nec ulla dieſ
Gymnaſium pariter ſoluetur gloria ſene
Q mea iocundo lumine nimpha ten&
C redite noſ ſuperi celebriſ curate puella
Viuat longeuo digna eſt puella die
Dy deeq iterum moneo ſeruate puellam
Et ſinite etruria ſtet decuſ urbe ſuum
C redite ſi nigre truncent ſua penſa ſorores
Ingenſ celicoliſ pugna deabuſ erit
S i ſapi& ſiquidem celeſtiſ regia nimphe

Atq3 opuſ eſt proprio cedat una polo
Aut ſibi promerite decimum ſtatuetiſ olimpum
Nimpha quidem celo eſt Lucia nimpha ſuo
Dicite uoſ celum ſi pro uirtute ſecute
Sitiſ an ullo poli munere digna mage eſt
Nulla fuit neſtrum ueniam date purior illa
Moribuſ ingenio uel pietate prior
Denq3 centenoſ operam date uiuitet annoſ
Heu cedat neſtriſ morſ ſua forte maliſ
Ergo ſimul diue mecum exorate tonantem
Vt preſtet nimphe tempora longa mee.

Accipe ridiculam dulciſ lepidamque fabellam
& que q͞d poſſit diſſoluiſſe queat
Fertur ab orticula diuam queſiſſe priapo
Seu Venuſ indubio eſt ſeu dea flora fuit
Cur cum neſciuntur quaſi queq3 animalia cauda
Vrſuſ non cauda membra pudenda tegat
Ille refert eſcam cupide dum quereret urſus
Intempeſtiuoſ incidit ille fauoſ
Nec comedit primum ſ3 ipſe famelicuſ eet
Quandoquidem merdaſ credidit ee͞ fauoſ
At ſtimulante fame mox here libat & inſtat

Mel ſapit & tandem nõ edit ĩmo uorat
Ruſticuſ aduertit: properat: ſtrepit/ urſuſ obaudit
Ruſticuſ iſ cuſtos melliſ & arguſ erat
Denq3 robuſti cauda ſortitur urſi
& trahit ille nouo non trahit ore cibo
Pauperiem timet hic timet hic de melle moueri
Ille ſuperſtat propoſito ille ſuo
Verum adeo trahit hic/ adeo hic contrari obſtat
Manſerit ut ſtupida cauda reuulſa manu
Hic deuſ ortorum dum ſoldere plura pararet
Arrigit & pepulit mentula tenta deam
Sic qui forte mareſ ſemel inclinauerit idem
Haud facinuſ ceptum deſtituiſſe poteſt.

Nunc publicatus tibi larga pecunia Lupi
Soluitur: & pueriſ quot legiſ ipſe tribus.

Vnde tui libri ſint/ inde ſcientia Lupi
Qui non deſipiat mallet habere libros.

Ide oculis legere domum charitesq3 ueneriq3
Ridet & in labiiſ ipſe cupido ſuiſ
Non mingit uerum ſi meit: balſama mingit
Non cacat/ aut molaſ ſi cacat Auda cacat.

Vintus is Coridon quem vesanissime flagras
Siccior est cornu, pallidiorque croco
Aridus in venis extat pro sanguine pulvis
Deque suo gracili corpore sudor abest
Ethiopi perhibet gens concubuisse parentem
Atque ideo gnatos edidit illa nigros
Si risum elicias rictum inspicias sibi qualem
Prodit in extinto tempore cunnus eque
Si buccham olfacias: culum olfecisse putabis
Verum et cunnus mundior ore suo est
Mentula perpetuo tibi que contracta iacebit
Tu sibi dumtaxat basia fige semel
I procul hinc Quinti fedum putansque lupanar
Atque alio quovis ista venena feras
Quis numeret quot hians absorserit inguina podex
Quot naves siculo littore Silla voret
Ipse palam patitur, pudet heu, muliebria cunnus
Ipse palam tota prostat in urbe puer
Qui puerum hunc igitur quit pedicare profecto
Is poterit rigidas supposuisse feras.

Vam modo sensisti si non grata tibi fuit nox
Cosme nihil miror, sena locuta fuit

Oc iacet ingenue forme Chaterina sepulchro
Grata fuit multis scita puella procis
Morte sua lugent cunctis, lugentque corethe
Flet Venus & mesto corpore meret amor.

Vsus es & populo iocunda est mentula tuscho
Tuscus & meus est Marmoriane liber
Attamen e nostro precidam codice penem
Precidam simul hac Marmoriane iubes
Nec prius abscindam, nisi tu prius ipse virilem
Promittas demptam sugere nolle notam.

Vne pedicato qui portat Amile tabellam
Et referas que sit pulchra tabella magis.

Vsticus insignem faciem dum sustinet aldam
Villicus incaute basia rapta dedit
Hunc vulgus stolidum credit: sed stultior ille est
Vulgus me miserum quam bene stulte sapis
Cum liceat stultis impune suavia nimphe
Figere dii facerent stultus ut ipse forem.

Vpius indoctum dum pedicaret ephebum
Dixit io clunes dulcis ephebe move

Hic ait: id faciam uerbo ſi dixeriſ uno
Ille refert/ cene/ diximuſ ergo mone.

Temporibuſ luteiſ in me romana refulſit
Virtuſ priſca domi militieq; ſimul
Nomen erat Sanguiſ clara de ſtirpe ligori
Sargophago hoc tegitur corpuſ: at umbra polo ē

I nacat aoniſ ouir pgrate cameniſ
Accipe quid pro te lingua aīoq; precer
Vt tibi dent annoſ ſuperi digniſſimuſ euo eſ
Dignior eſt digno candida polla uiro
Et tibi ſit facilis tenera cum matre Cupido
Dignior eſt tenere polla fauore dee
Et uiſenſ nullo poſſiſ Pontane uideri
Dūmodo ſemidea tuo uideare tua
Atq; anuſ eneruiſ que ſemp murmurat īte
Infonteſ urne pondere tracta cadat
At uia deduciſ feri planiſſima poſſit
Sentiat & greſſuſ ſemp amica tuoſ
Et ſi dulce canaſ poſſit uox ipā uideri
Dulcior & credat ſuauiuſ eē nihil
Inq; dieſ creſcat calor hic & poſſit amare
Strictiuſ hic allam ſtrictiuſ illa uirum

Et tibi iam poſſit nimphe preclara uideri
Tindariſ: ac illi tu uideare pariſ
Hiſpiduſ actutum queat expirare marituſ
Nil deuſ ortorum uir ſit uir eē putaſ
Sine ſit ipē deuſ ſeu non tamen ipā maritū
Te fingat tecumq; ſe cubare putet
At tibi contingat demum induxiſſe labelliſ
Et linguam & domine ſuſtinuiſſe femur
Si forte unanimuſ pro me pontane pcari
Atq; uicem uotiſ reddere forte uelis
Id precor aſſidue noctuq; dieq; pcare
Vt ſit deformiſ nulla ſupſteſ anuſ
Sit tibi nil mirum ſi inculta & diſſona mitto
In riſu et medio carmina facta ioco.

St qui me coram meq; & mea carmina laudāt
Et me clam lami& meq; meoſq; ſaleſ
Obtaceat inſt lamanero clamue palamue
Inq; ſuaſ maculaſ ipē trilinguiſ ero.

Rbor ē in medio uiridiſ gratiſſima capi
Limphiduſ hinc conſtat riuuluſ in nemuſ
Hanc auiſ aduentet pulchraq; ſb arbore cantat
Leniuir ſonitu lucuſ & unda ſuo

Hic de more aderam, uerſus dictare parabam
Aſtiterat calamo Clio uocata meo
Criſpe tuos cepi ſanctos deſcribere mores
Qui ue uales proſa carmine qui ue uales
Atque tua ſumus ſi ſciuis in urbe futurus
Ut meritum uirtus ſitque habitura ſuum
Rusticus interea ſatur egeſturus in herba
Se fert contigua pallia ponit humo
Mox aperit bracas coleos atque inguina prodit
Leniter & nudas uerberat aura nates
Inflectit genua & totum ſe cogit in orbem
Impoſuit cubitos crure manuſque genis
Poſtera iam thalos contingere crura uidentur
Se premit & uenter ſoluitur inde cacat
Tunc ex uocali uentoſa tonitrua culo
Diſſiliunt ſtrepitu tunditur omnis ager
Excutior: calamus cecidit, deceſſit in auras
Ad crepitum trulle territa fugit auis
Deprecor ut primas plantes male rustice uites
Poſtmodo ſat ſitiens non ſua uina bibas
Rustice ſulcate ſubmittat ſemina terre
Nec panem eſuriens nec miſer eſſe queas
Ergo uale & tum cum coquina reuerterit ales
Iam pergam laudes ſcribere Criſpe tuas.

Preces ut tradit homerus due ſunt & puelle magni iouis ſbe & claude et lyppe ſunt hiſque ατηo preuenit i. nocumentum que ſanis & ualidis pedibus conſtat ac longe antecurrit nocens hominibus per omnem terram. Preces uero poſt ſequuntur qui autem uenerantur puellas iouis prope uenientes maxime illum quidem iuuant & rogantes exaudiunt. Qui uero eas aſpernatur ac dure repellit: orant adeuntes iouem uti hunc inſequatur nocumentum et damnatus det penas.

Te preces gnate magni iouis en pit χτηo
χτηo que nobis premia moſtrat iter
Si multum ualidis nocumentum paſſibus antit
Ite cite lyppe loripedeſque preces
Iuit ate cuius omnem nocitura per urbem
Ite cite, ueſtris greſſibus iuit ate
Eſt florentina celeber tellure poeta
Quem numerat gentis ſiculis ora ſuis
Illius ex lepido cantant chocomdes ore
Illius ex digitis pulſat apollo thelim

Non peperit Latium non grecia mille p annoſ
Eloquio ſimilem uel probitate uirum
Ille ego non paruo iam pridem iungor amore
Iam pridem nobiſ mutuuſ extat amor
Nunc petite hunc uigili uoſ offendetiſ in ede
Cantantem altiſoniſ regia geſta modiſ
Hunc igitur magni iouiſ exorate puelle
Perſiqua e ſcriptiſ fama futura ſuiſ
Vt mihi concedat p rara epygrammata Marci
Illa libenſ relegam reſtituamq; libenſ
Si facilis dux coram uenientibus extet
Et meritus nobis exhibeatur honos
Aeq; metriceſ hunc exanditem rogantem
Sitiſ huic placide parq; referto pari
Quod ſi noſ nichili faciat: duret; repellat,
Poſcite confeſtim turba repulſa ioui
Hunc ut terribili nocumentum uoce ſequatur
Et dampnaſ penaſ detq; luatq; graueſ.

In binaſ parteſ deduxi Coſme libellum
Nam totidem partiſ hermafroditus habet
Hec parſ prima fuit, ſequitur que deinde ſecunda e
Hec prope pene fuit: prox annuſ erit.

Aeternus o patrie decus indelebile panxi
Conuiuiet qd poſt prandia Coſme legaſ
Quod reliqum eſt ſumpta madidiſ ſit letio cena
Sicq; legeſ uno carmina nra die.

Coſme uir etruriaſ inter celeberrime terraſ
Si ſileas uideor uelle uidere tuum
Malleſ poſt habitiſ iam iam luſu ue ioco ue
Clauſiſſem fortior ſtrenua bella pede.
Vt tu magnanimus ſic et p magna cupiſciſ
Hei mihi ſed nro tempore Ceſar abeſt
Hic tibi ſit largo pro Ceſare gloria diceſ
Sed taleſ epulaſ non meuſ aluuſ edit
Laurea ſit cui iuſ dum ſit domus aurea nob
Auratam facient aurea uina domu
Dant liteſ requiem donant chirografa nummoſ
Hec alit hec fatuaſ dumtaxat inebriat aureſ
Scilicet et uenter carior aure m e
Famaq; quanta libet ueniat poſt funera nobis

Excipiam nullos mortuus aure ſonos
Ergo ſequor prudens leges ac iura qriti
Proſtituo prudens uerba diſerta foro
Cum uacat officio legali ~~dit~~ ludicra codo
Dum bibo que nobis īmediate fluunt
In menſa nequeunt heroum geſta reponi
Hori ſunt implicitate prelia metis opus
Sic mihi mecenas claros heroas & arma
Cantabo & magis preſera bella feram.

Os iterum moneo caſte nolite puelle
Diſcere laſciuos ore canente modos
Nil mihi uobiſcum eſt / uates celebrate ſeueros
Methais medio fornice ꝗ blanda legat.

Si tibi ſint pharetre atq; arcus eris alda diana
Si tibi ſint manibus fax / eris alda uenus
Summe lyram & plectrum : fies ꝗ uerus apollo
Si tibi ſint corna et thyrſis iacus eris
Si deſint hec & mea ſit tibi Mentula cuno
Pulchrior alda deis atq; deabus eris.

T mihi tu claudis mater ſtomachoſa feneſtrā
Sic tibi claudatur cunnus iniqua parens

Id tibi erit grauis Coleos uideare licebit
Q̄ tibi ſi celi ianua clauſa foret.

Alda puellarum fortunatiſſima gaude
Vincitur omnipotens igne cupido tuo
Alda deas omnis ſpecie & moribus equat
Sit minime mirum ſi capit alda deos.

Si te detineat Stercorius ſcire uolebam
An ſtomachus pleni ſit philopappa tuo
Et ſtomachus certe talis qui degerat ethna
Albicat hyberna cum magis ethna niue
Quid loquor in nebulis : qui nō intelligor ulli.
Simpliciter dicam / quid philopappa uelim
Eſt puer / hunc ardes / qn deperis & puerille
Sit tibi / ter decies ꝗ nona muſta bibit
Iam pridem egrotat / cur aridus inſtar ariſte ē
Et dubites multus larua / ſit / an facies
Quius ipē gula ſit largus cum tn̄ offa
Prolutos uellet guttur hr̄e gruis
Eſt ſibi pro bello rubicundula tibia naſo
Expatula cerebrum nare inde potes
Cruribus atq; ano denſorum ſilua pilorū ē
Qua poſſit tuto delituiſſe lupus

Mentiſ multiuole eſt uenaliſ potor edoq
Diligit & tantum munera more lupe
Ille ita me diȷ ament ſic ē aut turpior/ & tu
pro pudor / hunc pluſq uiſcera cecuſ amaſ
Neſcio quem uulguſ dicat flagraſſe lucernam
Deriſi quondam ſꝫ modo uera putem
Non erat in populo formoſior alter etruſco
Non erat italior gratior orbe puer
Cecuſ amor plerum mortalia pectora cecat
Nec noſ a falſis cernē uera ſinit
Cur edat ille fimum uulpeſ queſiuit aſellū
Nam memini dixit qꝛ fuit herba fimiſ
Sic puto tu refereſ cui uiſ fortaſſe rogati
Diligiſ hunc ideo quod tener an̄ fuit
Cecuſ eſ & crediſ me caſſium lumine coram
ſtertonium eximiſ laudibuſ uſqꝫ ferenſ
Crura licet pueri lombricia lautaqꝫ dicaſ
Crura tam ſicci pumicaſ inſtar hab&
Iam modo crediderim te uerpum poſſe papuſſ
Scilicet et libicaſ accubuiſſe feraſ
Inmanem ergo fou& ſtomachū tua Metula uerſ
Nil uidet / utqꝫ oculoſ ederit illa ſuoſ.

Equiſ erit uir ignare moduſ / ne uulua noratoſ

Vrſe teſticuloſ ſorbeat ampla meoſ
Et quiſ erit totum femur hec ne ſugat hyrudo
Aut illam ſtringat q̄uiſ aurispa medela
Aut equidem cunno naufragor ipē ſuo

I ſemper tantuſ ſpiraret in equore fetor
Neminiſ ut naſuſ littora ferre queat
Quiſ uel inadriaco ſathnco qſ nauita poſſ&
Aut in tirreno naufraguſ eē mariſ
Et tu ne timeaſ nam cum magiſ arrigiſ urſe
Cum ne magiſ cupiaſ uulua repell& olens
Hec flat ita horrendum quo pingue & putre cadauer
Vrſe cum cunno lilia pulcra for&
Hec flat ita ut merdiſ ſiquiſq̄ cōferat inguē
Sit mole & ſuaueſ multa cloaca roſe
Sin tuiſ hinc talem non horr& naſuſ odorem
Vt ſit tunc uului ſtrictior urſa dato.

Vid fleſ? en nitidoſ turbat tibi fletuſ ocelloſ
Quid fleſ? o lachrimiſ urſa decora tuiſ
Forte quod aduerſuſ te acuerit ira camenaſ
Aut mihi qd tu ſiſ non adamata puteſ
Crede mihi mea lux tantū te diligo q̄tum
Non magiſ ex animo quiſq̄ amare q̄at

Tu quoque me rodamaſ dubiū ē q uincat amore
Alter utram uincit / uincitur alter utra
Cur igitur credis / uitio q ductus iniquo
Inter noſ rixam / diſſidiumque cupit
Iuro p haſ lachrimaſ & crura ſimillima lacti
Perque nateſ molliſ & femur urſa tuum
Q̄d nunq̄ niſi que te laudent carmina feci
Sic ſit uerſiculiſ gratia multa meiſ
Ah pereat queſo tibi q mendacia dixit
Ah pereat falſum qui tibi cunque refert
Terge tuoſ fletuſ ſine te diſſabier urſa
Parce mihi luctu torqueor ipſe tuo
Tandem ſiſte tui lachrimaſ / curaque ſalutem
Hanque ego te domina ſoſpite ſoſpeſ ero

I calor & fetor ſtridor quoque ſontibuſ ubris
Sunt apud infernoſ ultima pena locoſ
Ipſe ego tartareaſ dum uiuo pfero penaſ
Id mihi ſupplicium ſuggerit urſa triplex
Nam ſibi merdinolum ſtridit reſonatque foramen
Feru& & urſa femur put& et urſa pedeſ.

Vod geminum uerſuſque meoſ reliquiſue probaſue
Gratum ē q̄d moreſ arguiſ hode queror

Credo uelim nr̄o uitam diſtare papiro
Si mea carta procax menſ ſine labe mea ē
Delitiaſ pedibuſ celebreſ clauſere poete
Ac ego naſoneſ / uirgilioſque ſequor.

Vi legiſ heraſmi ſunt contumulata biberi
Oſſa ſb hoc ſicco non regeta loco
Eripe uel ſaltem uino conſperge cadauer
Eripe ſic queſo ſint rata queque uoleſ
Oſſa ſb onophoro poſt hac erepta madenti
Conde natent temeto fac regetuſ ero.

Alue uir populo ſpeſ certa ac maxa tuſcho
Salue preclaroſ inter heroide uiroſ
Salue q longoſ ſiſiſ prouectuſ ī annoſ
Tempora phebea uirginie cinta fereſ
Accipe ſi ſileam tibi rem fortaſſiſ emēdā
Queque aio nil non ſit placitura tuo
Nuper apud molliſ ſenaſ fit peſtifer aer
Quo fit ut ipſe petam piſtorienſe ſolum
Sunt alie etruriſ potioreſ montibꝫ urbeſ
Sed tu non alioſ incoliſ ipſe locoſ
Siſ modo piſtori romam uidiſſe fatebor
Cum magiſ illa armiſ floriut aucta ſuiſ

I nterea paticam mihi dulciſ amice puellam
Delige que uernaſ expuitat ore roſaſ
Neue ſit exiguuſ toto ſibi corpore neruus
Sit qꝫ cui tenerum ſpir& amoena femur
Digna ſit affectu ſuauemqꝫ norit amorem
Que uelit & flammiſ reddere grata uiceſ
Merſiliſ inuitum uienſ inamore iocaſ ue
Preqꝫ pro cupiat poſt poſuiſſe coloſ
Diuitibuſ uateſ preponat carmina gazis
Sit pre uerſiculo uiliſ harena thagi
Deniqꝫ ſit pro qua ſic poſſim dicē uere
Pace dei dicam pulchrior illa deo eſt
Illam ego continuo nr̄iſ celebrabo camenis
Carmina ſi placeant carmina mille dabo
Que ſi pro numeriſ ferat oſcula carmina cōdam
Quali uirgilium compoſuiſſe puteſ.
Nec mihi caſtalioſ laticeſ petiſſe neceſſe ē
Sit mihi caſtaliuſ ſalſa ſaliua liquor
Hec ego preſtiterim tu tn̄ querito nimphē
Que thaſo & cantu docta ſit an alias
Tandem ꝑpetua ſalue menſ digna ſalute
Cum tua nimirum ſit mea pene ſalus.

Anſeuerine tuam legi biſ terqꝫ camenā

Et placet & nullo claudicat ~~ore~~ illa pede
Dy ſimul ac facili preſtant tibi pectora uena
Ortor pierioſ condere perge modoſ
Res ſane egregia eſt mortalia fingit & ornat
Pectora poſt obitum miſcet & illa diiſ
Tu duce me ad tutum uiſeſ parnaſea tēpe
Deqꝫ ſacro pleno pectore fonte bibeſ
Nec te deſtituam modo tu conſortia uiteſ
Cum rudiſ atqꝫ hebetiſ tu rudiſ atqꝫ hebetis
Craſſa quidem ruditaſ potriuo te pollu& uſu
Inficietqꝫ tuoſ tranſitione ſinuſ.

Vpiuſ abſ poſciſ mea rara epygrāmata Marci L.
Concedam rectiſ paſſibuſ ipē ueni.

Riſ hꝫ archana Mathiaſ lupiuſ aula
Diſcipuloſ ſunuſ detribuſ ē famulus.

Vlerior argento eſ: ſed eriſ formoſior auro
Si bona reddideriſ uerba benigne puer
Eſt pia ueſtra, domuſ, frēſ, germana, parēteſ
Siſ pariter uitiſ ſi pia tota domuſ
Eſt tua forma decenſ menſ ſit qꝫ pulchra licebit
Conueniant forme reddita uerba tue.

C onservare viros perituros regia res est
Hec nos celitibus res facit ēē pares
A st ego castalio deducam fonte sorores
Que formam & mores & tua facta canāt
Q uid melius musa tribuam. qđ carmine mai.
Si potius qđ sit carmine posce dabo
Q uem sacri vates voluere ē fama phēnis
Tuq; ni fallor carmine clarus eris
H anc ego doctiloquo vivaces carmine reddam
Semp amicitias sit modo vita pias
Q uippe boni de te capient exempla minores
Gaudebunt actus sepe referre tuos
L ux mea Maura vale, tibi meq; meaq; tahā
Dedo velis uti lux mea maura vale.

i faciles incepta pretor succine studeant
Cum puero fautrix sit cytharea suo
V t responsa hylari sint convenientia forme
Et reddat pulcher verbula pulchra puer
E t pia tota domus, frēs, germana, parētes,
Nescio qn speres, si pia tota domus
I pē prios longe superat pietate propinqs
Nescio cur patri Maura sit absimilis.

Vpius in pueros siquis screat intonat idem
Dum comedit petit: dum satur ē vomitat.

I neq; tu futuis viduas neq; Lentule nuptas
Si tibi nec meretrix, nec tibi virgo placet
S i dicas quod sis calidus magnusq; fututor
Scire velim mollis lentule q̄s sit quid futueas.

Iste precor, lachrimisq; meū conspge sepulchrū
Hac quicunq; studes forte tenebris iter
S um pholiphemus ego vasto pro corpore dictus
Martinus proprio noīe notus eram
Q ui iuvenes studiis devotos semp amavi
Quem liqu& & famulos & supasse coquos
N unc ego funebri tandem spoliatus honore
Thure carens summa sum spoliatus hymno
Mer marhesillanus tempesta in nocte recōdi
Iussit & exequias luce carere meas
Nec cruce nec cantu celebravit mīa sacēdos
Funera nec requies ultima dicta mihi
C lamq; fui sacto latitans, raptimq; sepultus
Nec capiunt coleos arcta sepulcra meos
D um feror obstupui timuiq; subire latrinas
Nec loca crediderim religiosa dari:

PERORE

Oro pedem adiecta claudas tellure parump
Quid patet heu uereor ne lament catuli
Continuo domum complebo ululatibus edem
Infauſtis penas has dabit ipē ſuas

Ed quis erit priſcis equandus Coſme petis
Et ſicut phebus pierideſq; fauent
Siquis cum loquitur uel ſplendida facta reponit
Mercurium iures cunis ab ore loqui
Qui nē alios laudet cum ſit laudabilis ipē
Qui nē hedera merito tempora nexa ferat
Siquis erit linguę doctus graie atq; latine
Si non auriſpa eſt hic periſſe uelim
Quis quis in hoc mecum non ſenſerit arbiter equus
Non fuit aut certe Zoilus ille fuit.

Rdeo mi Galeaz mollem reperire catullū
Ut poſſim dominę moriger eē meę
Lectitat illa libens teneros laſciua poetas
Et prefert numeros docte Catulle tuos
Nup & hos abs me multa prece blanda popoſcit
Forte ſuum uatem me penes eē putans
Non teneo hunc dixi mea lux mea nimpha libellū
Id tamen efficiam forſan habebis opus.

I nstat & omnino librum me poscat amicum
Et mecum grauibus nunc agit illa minis
Quare ego per superos omnis o care sodalis
Sic precibus lenis sit citharea tuis
Te precor atque iterum precor id mi quere libelli
Quo fiam nostre gratior ipse dee.

Albe scias caludi que sit sententia lupi
Quam modo versiculis prosequar ipse meis
S i sepe afflictum cupiat mea mentula cunnum
Interdum affectat crusula cauda salax
Non tamen unquam adeo delira aut plena libido est
Ut popisma palam cum ue cohorte regem
Nolim cum populo compedicare iacintum
Cum multis ipsam non helenem futuam
S ic ait, id digito ditum tibi balbe ligato
Et clam pedico clanve futuor agas.

Um modo per domine uicum intransitus esset
Hec ego pro nimpha parturiente precor
Huc age nunc Lucina mee succurre puelle
Que parit atque aliquem iam paritura deum est
A h dolor en clamat supplex tua numina posces
Vocibus & lachrimans addit amara sing

I n me dij luctum domine transferre uelitis
Et si me miserum non minor angor habet
Q uid cessas. est diua tibi laus maxima sitris
Incolumi nimpha restituisse potes
Hei mihi ne superi si inter mala forte rogarim
Audierint uotis & cruciere meis
P arcite moratam super lesisse puellam
Et facite ut ueniant in caput illa meum
Q uin uereor neu te dudum Venus effera uexet
Sicque tua penas impietate luas.
Cernis ut ultricem durum est offendere diuam
Ergo tuo mitis sis facilisque precor
Quid tardas lucina. ueni faustissima nimphe
lenis io ~~lenis~~ nymphe prospera diua ueni
Postmodo solempnes certe tibi construet aras
Imponetque tuis mestrua thura focis
Hec ego sed quoniam dea sit tibi promptior oro
Ipse tuas prestes splendide memme preces
Nil dubito quin flore dato uotisque peractis
Exoluet partus molliter illa suos.

Ror & occulte rodunt precordia flamme
O ego si sileam terque quaterque miser.

Oma rediens Mathias lupus ora
Castalidum steriles nuntiat esse lacus
Et siccas laurus nullam et superesse puellam
Singula conatus comperit esse nihil
Impuri nequeunt oculi spectare sorores
Scilicet ignavus pegasis unda latet.

Entius hanc vidua tibi mittit ab urbe salutem
Lux mea mi contes dimidiumque anime
Quid mihi letitie superest ubi rura petisti
Spiritus est membris visus abire meis
Id mihi letitie tantum est puer ille remansit
Inque suos vultus conspicor ipse tuos
Ne fuge care puer sine te germane videri
Dumque agit in silva ne fuge care puer
Plura velim sed plura loqui dolor impedit ergo
Vivere si cupias me cito rure redi.

Vnc tibi quam possum Plautum commendo leuiti
Plautum quem vocitat lingua latina patrem
Haud dete modicum nates aboleverat etas
Te modo pruties altera ferius edit.

Isteris paululum visus & legeris istos

Hac ignosces meretrix que tumulatur humo
Rapta fui e patria teneris pulchella sub annis
Mota proci lachrimis mota proci precibus
Flandria me genuit: totum peragravimus orbem
Tandem me placide continuere Sene
Nomen erat nomen notum Nichina lupanar
Incolui, fulgor fornicis unus eram
Pulchra decensque fui redolens & mundior auro
Membra fuere mihi candidiora nive
Que melius nec erat Senensi in fornice Thays
Gnovit vibratas ulla movere nates
Rapta viris tremula figebam basia lingua
Post et coitus obscula multa dabam
Lectus erat multo & niveo centone refertus
Tergebant nervos officiosa manus
Pelvis erat celle in medio qua sepe lavabar
Lambebat madidum blanda catella femur
Nox erat & iuvenum me sollicitante caterva
Substinui centum non satiata vices
Dulcis amena fui multis mea facta placebat
Sed preter pretium nil mi dulce fuit.

Ro tuum molas spiret Nichina sepulchrum
Sitque tuo cineri non onerosa silex.

P ierie cantent circum tua buſta puelle
Et phebus lyricis mulceat oſſa ſonis.

Vando erit ut ſenas repetam dominamq; reuiſem
Me miſerum molli peſtis ab urbe fugat.

Vr non Maura uenis: cur nõ promiſſa fidemq;
Soluis: cur nullo pondẽ uerba refers.
N am memini dixti nobis uenientibus ęxte
Ite alacres/cras nos hinc petiturus eram
C ras uenit nec te aerea deducis ab arte
Cras it nec tu pfide maura uenis
Q đ si nos flocci facias & ludere iã fas
Eſſe putas noli ſpernere maura deos
Maura deos tempnit iurauit numina diuũ
& nos paganico inſeret ipẽ ſolo
Maura deos tempnit memores fandi atq; nefandi
Spernit & ille d' uiros ſpernit & ille deos
O leuior foliis: & auium uentoſior alis
Femineum & turpe ẽ fallẽ ſic alios
S ite Maura iuuat me fallẽ: falle ſed illum
Carmine q dat & ludere Maura cane
T u uatem & nom̃ uerum nõ dogmata noſti
Noſce capeſce cito carmine doctus eris

Non mercede docet quẽq; non indiguſ auro ẽ
Virtutis ſolum motus amore docet
Me docuit doctor doctiſſimus ẽdẽ uſus
Perchdici & nẽ iam carmina mã legis.

Iqua tuus queritur cupidiſſime Leſfe caballus
Da ueniam macies cogit & alta fames
P ulcher equus certe uelox pinguiſq; fuiſſem
Pectora q̃ ſint & fortia & ampla uide
A ptaq; ſint uideas q̃ cetera membra peque
Quod natura dedit ſumpſit auara manus
A h quotiens falleris tectus fera bella ſubiſſem
Ah quotiens curſus preſtitus eẽt honos
Rodo nihil rodit ſed nr̃as media uires
Non ẽt nr̃is dentibus herba datur
Vix mihi dat ur̃ paleas aliq̃n dominus
Barbariem metro barbarus ille datur
T urpe quidem dictu ſed cogit turpia fari
Turpis herus proprio ſtercore paſcor ego
S tercore paſcor ẽim: ſed ſtercore paſcimur ambo
Nam tu ne comedas non iur auare cacas
N eue bibas ẽt nõ meiere Lelphe uideris
Extitit ut phibent dira celeno parens
S ella carens lanis: que fecerit ulcera dorſo

Lusce vides caude vulnera lusce vides
Cur equitans asperis calcaribus ilia tundis
Si vix sat plane debilis ire queam
Cur agiles vis dem crudelis in aera saltus
Tibia si nequeat lassa movere pedem
Ipse quidem collo mallem vectare quadrigas
Degere quam miseri seditione viri
O cuius affectem pistrino Lelphe dicari
Sub te funestam quam tollerare famem
Vera quis hec credat nisi credunt vera molares
Ferrea sunt longa frena comesa fame
Ordea cornipedi dulcis datur escha caballo
Sorbuit hos numquam sed mea bucca cibos
Vera loquar vix quis possit credere ventrem
Duntaxat vento vivere posse meum
Est mihi ne misero macies incognita toto
Corpore et infractis artibus ossa sonant
Sim licet informis simque aridus hoc mage malim
Quam Lelphius vacui pectoris esse velim
Est Lelphus rationis inops et mentis egenus
Corpus ei ut sus trux efferitate viget
Cum loquitur boat ut bos: et flat pudor ab ore
Ut dubius prestes culus an os loquitur
Cum videt fauces inhiant ut asellus hiaces +

Fit mihi de risu nausea sepe suo
Plura equidem quererem quoniam sunt plura sed heu heu
Lingua loqui plus non debilitata nequit.
Iam morior soci stabulum presepe valete
Me miserum videor debilitate mori
Vos procul ite fere procul hinc vos ite volucres
Quo ruitis modo vos pellis et ossa manent
Plaudite nam Lelfum luscum mandetis avare
Ille crucis penas furcifer ille dabit.

Cosme quis est latiis vir felicissimus horis
Namque fluentisono prospectans littore dia
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
Indomitos in corde gerens adriana furores
Nec dum etiam seseque sui tum se credidit
Vt pote fallaci que tum primum excita somno
Desertam in sola miseram se cernat harena
Immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis
Irrita uentose linquens promissa procelle
Quem procul ex alga mestis minois ocellis
Saxea ut effigies bacchantis prospicit eue
Prospicit et magnis curarum fluctuat undis
Non flauo retinens subtilem uertice mitram
Non contecta leui uelatum pectus amictu
Non tereti strophio lactentis uincta papillas
Omnia que toto delapso corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant
Sineque tum mitre neque tum fluitantis amictus
Illa uicem curans toto ex te pectore theseu
Toto animo tota pendebat perdita mente

Ha misera assiduis quam luctibus externauit
Spinosas erycina serens in pectore curas
Illa tempestate feroxque et tempore theseus
Egressus curuis e littoribus piraci
Attigit iniusti regis cortinia tempta
Nam perhibent olim crudeli peste coactam
Cum Androgeanee penas exsoluere cedis
Electos iuuenes simul et decus innuptarum
Cecropiam solitam esse dapem dare minotauro
Quis angusta malis cum menia uexarentur
Ipse suum theseus pro caris corpus athenis
Proicere optauit potius quam talia cretam
Funera cecropie nec funera portarentur
Atque ita naue leui nitens ac lenibus auris
Magnanimum ad minoa uenit sedesque superbas
Hunc simul ac cupido conspexit lumine uirgo
Regia quam suauis expirans castus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat
Quales europe pergignunt flumina mirtus
Aurane distinctos educit uerna colores
Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina quam cuncto concepit corpore flammam
Funditus atque imis exarsit tota medullis
Heu misere exagitans immiti corde furores

Sancte puer curis hominū q gaudia misces
Quiq; regis colchos queq; idalium frondosum
Qualibus incensam iactastis mente puellam
Fluctibus in flauo sepe hospite suspirantem
Quantos illa tulit languenti corde timores
Quanto sepe magis fulgore expalluit auri
Cum seuum cupiens contra contendē mostrū
Aut mortem oppeteret theseus aut pmia laudis
Non ingrata tamen frustra munuscula diuis
Promittens tacito succendit uota labello
Nam uelut insūmo quatientem brachia thauro
Quercum aut conigeram sudanti cortice pinū
Indomitus turbo contorquens flamine robur
Eruit illa procul radicitus exturbata
Prona cadit: lateq; cum eius omnia frangens
Sic domito seuum prostrauit corpore theseus
Nequicq̄ nanis iactantem cornua uentis
Inde pedem sospes multa cum laude reflexit
Errabunda regens tenui uestigia filo
Ne labyrintheis eflexibus egredientem
Tecti frustrarentur inobseruabilis error
Sed quid ego cum primo digressus carmine plura
Commemorem. ut linquens genitoris filia uultū
Ut consanguinee complexum ut deniq; matris

Que misera gnata deperdita leta
Omnibus his thesei dulcem portaret amorem
Aut ut uecta ratis spumosa ad littora die
Aut ut eam deuinta lumina somno
Liquerit īmemori discedens pectore coniunx
Sepe illam p✝hibent ardenti corde furētem
Clarisonas imo fudisse epectore uoces
Ac tum preruptos tristes conscendē montes
Unde aciem pelagi uastos protenderet estus
Tum tremuli salis aduersas procurrē inundas
Mollia nudate tollentem tegmina sure
Atq; hoc extremis mestam dixisse querelis
Frigidulos udo singultus ore cientem
Sicine me patris auectam pfide aboris
Perfide deserto liquisti inlittore theseu
Sicine discedens neglecto numine diuū
Immemor ab deuota domum piuria portas
Nulla ue res potuit crudelis flectere mentis
Consilium / tibi nulla fuit clementia presto
Inmitte ut nrī uellet mitescere pectus
At non hec quondam nobis promissa dedisti
Voce mihi nec hoc misere sperare iubebas
Sed connubia leta / s; optatos hymeneos
Que cuncta aerij discerpunt irrita uenti

Tum iam nulla viro iuranti femina credat
Nulla viri speret sermones esse fideles
Quis dum aliquid cupiens animus pregestit apisci
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt
Sed simul ac cupide mentis satiata libido est
Dicta nihil metuere nihil periuria curant
Certe ego te in medio versantem turbine leti
Eripui & potius germanum amittere crevi
Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem
Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque
Preda neque iniecta tumulabor mortua terra
Que nam te genuit sola sub rupe leena
Quod mare conceptum spumantibus expuit undis
Que sirtis que silla rapax que vasta caribdis
Talia qui reddis pro dulci premia vita
Si tibi non cordi fuerant conubia nostra
Seva quod horrebas prisci precepta parentis
Attamen in vestras potuisti ducere sedes
Que tibi iocundo famularer serva labore
Candida permulcens liquidis vestigia lymphis
Purpureave tuum consternens veste cubile
Sed quid ego ignaris nequicquam conquerar auris
Externata malo que nullis sensibus aucte
Nec missas audire queunt nec reddere voces

Ille aut

Ille aut prope iam mediis versatur in undis
Nec quisquam apparet vacua mortalis malga
Sic nimis insultans extremo tempore seva
Fors & iam nostris invidit questibus auris
Iuppiter omnipotens utinam ne tempore primo
Gnosia cecropide tetigissent litora puppes
Indomito nec dira ferens stipendia thauro
Perfidus in creta religasset nauta funem
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
Consilium nostris requiesset sedibus hospes
Nam quo me referam, quali spe perdita nitor
Idoneos ne petam montes a gurgite lato
Discernens pontum truculentum ubi dividit equor
An patris auxilium sperem quemne ipsa reliqui
Respersum iuvenem fraterna cede secuta
Coniugis an fido consoler memet amore
Qui ne fugit ventos incurvans gurgite remos
Preterea nullo litus sola insula tecto
Nec pater egressus pelagi cingentibus undis
Nulla fuge ratio nulla spes omnia muta
Omnia sunt deserta ostentant omnia letum
Non tamen ante mihi languescent lumina morte
Nec prius a fesso secedent corpore sensus
Quam iustam a divis exposcam prodita multam

Celestumque fidem postrema comprecor hora
Quare facta uirum multantes uindice pena
Heumenides quibus anguino redimita capillo
Frons expirantis preportat pectoris iras
Huc huc aduentate meas audite querelas
Quas ego sue misera extremis proferre medullis
Cogor inops ardens amenti ceca furore
Que quoniam uere nascuntur pectore abimo
Vos nolite pati nostrum uanescere luctum
Sed qualis sola theseus me mente reliquit
Tali mente dee funestet seque suosque
Supplicium seuis exposcens anxia factis
Annuit inuito celestum numine rector
Quomodo tum tellus atque horrea contremuerit
Equora concussitque micantia sydera mundus
Ipse autem ceca mente caligine theseus
Consitus oblito dimisit pectore cuncta
Que mandata prius constanti mente tenebat
Dulcia nec mesto substollens signa parenti
Sospitem ereptum se ostendit uisere portum
Namque ferunt olim classi cum menia diue
Linquentem gnatum uentis cum crederet egeus
Talia complexum iuuenem mandata dedisse
Gnate mihi longa iocundior unice uita

Gnate ego quem indubios cogor dimittere casus
Reddite inextrema nuper mihi fine senecte
Quandoquidem fortuna mea actua feruida uirtus
Eripit inuito mihi te cui languida non dum
Lumina sunt gnati chara saturata figura
Non ego te gaudens letanti pectore mittam
Nec te ferre sinam fortune signa secunde
Sed primum multas expromam mente querelas
Canitiem terra atque infuso puluere fedans
Inde infecta uago suspendam lintea malo
Nostros ut luctus nostreque incendia mentis
Carbasus obscurata dicet ferrugine hibera
Quod tibi si sancti concesserit inchola ithom
Que nostrum genus has sedes defendere freti
Annuit ut ethauri respergas sanguine dextram
Tu uero facito ut memori tibi condita corde
Hec uigeant mandata nec ulla oblitteret etas
Vt simul hec nostros inuisent lumina collis
Funestam antenne deponant undique uestem
Candidaque intorti sustollant uela rudentes
Quam primum cernens ut leta gaudia mente
Agnoscam, cum te reducem etas prospera sistet
Hec mandata prius constanti mente tenentem
Thesea: ceu pulse uentorum flamine nubes

A erium niuei montiſ liquere cacumen

T pater ut ſūma proſpectū ex arce petebat
Anxia aſſiduos aſſumenſ lumīa fletuſ
C um primum inflati conſpexit lintea ueli
P recipitem ſeſe ſcopuloꝝ e uertice iecit.
A miſſum credenſ immiti theſea fato.
S ic funeſta domuſ ingreſſuſ tecta paterna
Morte ferox theſeus qualem minoīda luctum
Obtulerat mente īmemori, talem ipſe recepit
Que tamen aſpectans cedentē meſta carinā
Multiplices aīo uoluebat ſaucia curaſ
At pr̄ ex alia florenſ uolitabat iachus
C um thiaſo ſatiroꝝ & niſigeniſ ſileniſ
T e querenſ adriana tuoq; incenſuſ amorē
Q ui tum alacreſ paſſim lymphata mēte furebāt
Euche bacchanteſ euche capita inflectēteſ
Harum parſ tecta quatiebant cuſpide tyrſiſ
P arſ e diuulſo iactabant membra iuuenco
P arſ ſeſe tortiſ ſerpentibuſ incingebāt
P arſ obſcura cauiſ celebrabant orgia ciſtis
O rgia que fruſtra cupiunt audire profani
P langebant alie proceriſ tympana palmiſ
A ut tereti tenuiſ tinnituſ ere ciebant

Multi raucisonoſ efflebant cornua bomboſ
Barbaraq; horribili ſtridebat tybia cantu
T alibuſ amplifice ueſtiſ decorata figuriſ
P uluinar complexa ſuo uelabat amictu
Que poſtq̄ cupide ſpectando teſſala pubeſ
Expleta eſt ſanctiſ cepit decedere diuiſ
Hic qualiſ flatu placidum mare matutino
Horrificanſ zephiruſ procliuaſ incitat undaſ
A urora exoriente uagiſ ſub lumina ſoliſ
Que tarde primū clementi flamine pulſe
P rocedunt leuiter reſonant clangore chachinni
P oſt uento creſcente magiſ magiſ increbeſcunt
P urpureaq; procul nanteſ ablucē refulgenſ
S ic tibi ueſtibuli linquentiſ regia tecta
At ſe quiſq; uago paſſim pede diſcedebant
Quorum poſt abitum princepſ e uertice pelei
A duenit Chiron portanſ ſilueſtria dona
Nam quodcumq; ferunt campiſ quoſ theſalla magnuſ
Montibuſ ora creat quoſ ꝓꝑ fluminiſ undaſ
A ura petyt floreſ tepidi fecunda fauoni
Hoſ indiſtinctiſ plexoſ tulit ipſe corolliſ
Quot ꝑmulſa domuſ iocundo riſit odore
Confeſtim peneuſ adeſt, ut uiridantia tēpe
Tempeq; ſilue cingunt ſuꝑ impendenteſ

Minosim linquens doris celebranda choreis
Non acuos namque ille tulit radicitus altas
Fagos ac rectos proceras stipite laurus
Non sine nutanti platano lentaque sororum
Flamanti fetontis et aeria cupressu
Hec circum sedes late contexta locauit
Vestibulum ut molli uelatum fronde uireret
Post hunc consequitur sollerti corde prometheus
Extenuata gerens ueteris uestigia pene
Qua quondam silici restrictus membra catena
Persoluit pendens e uerticibus preruptis
Inde pater diui sancta cum coniuge natisque
Aduenit celo te solum phebe relinquens
Vnigenamque simul cultricem montibus hydri
Palea nam tecum pariter soror aspernata est
Nec thetydis tedas uoluit celebrare iugalis
Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus
Large multiplici constructe sunt dape mense
Cum interea infirmo quatientes corpora motu
Veridicos parce ceperunt edere cantus
His corpus tremulum complectens undique questus
Candida purpurea tuos instinxerat ora
At roseo niuee residebant uertice uicte
Eternumque manus carpebant rite laborem

Leua colum molli lana retinebat amictum
Dextera tum leuiter deducens fila supinis
Formabat digitis tum prono in pollice torques
Libratum tereti uersabat turbine fusum
Atque ita decerpens equabat semper opus dens
Laneaque aridulis herebant morsa labellis
Que prius in leui fuerant extantia filo
Ante pedes autem candentis mollia lane
Vellera uirgati custodiebant chalathisti
Hec tum clarisona pellentes uellera uoce
Talia diuino fuderunt carmine fata
Carmina perfidie quod post nulla arguet etas

Decus eximium magnis uirtutibus augens
Emathie tutamen opus carissime nato
Accipe quod leta tibi pandunt luce sorores
Veridicum oraculum : sed uos que fata secutur
Currite ducentes subtegmina currite fusi
Adueniet tibi iam portans optata maritis
Hesperus adueniet fausto cum sidere coniux
Que tibi flexo animo mentis perfundat amore
Languidulosque paret tecum coniungere somnos
Leuia substernens robusto brachia collo
Currite ducentes subtegmina currite fusi

N ulla domuſ unq̃ taleſ contexit amoreſ
N ulluſ amor tali coniunxit fedẽ amanteſ
Q ualiſ adeſt thetidi : qualiſ concordia peleo
C urrite d s. c. f
Naſcetur nobiſ experſ terroriſ achilleſ
Hoſtibuſ haud tergo : ſed forti pectore notus
Q ui pſepe uago uictor certamine curſus
Flamea preuertit celeriſ ueſtigia cerue
C urrite d. s. c. f.
Non illi quiſq̃ bello ſe conferet heroſ
C um phrigij teucro manabunt ſanguine tenen
T roicaq; obſidenſ longinq̊ menia bello
P eriuri pelopiſ uaſtabit tertiuſ hereſ
C urrite d s. c. f.
I lliuſ egregiaſ uirtuteſ claraq; facta
S epe fatebuntur gnatorum in funẽ matreſ
C um incultum canoſ ſoluent a uertice crineſ
P utridaq; infirmiſ uariabunt pectora palmiſ
C urrite d. s. c. f.
Nanq; uelut denſaſ precernenſ cultor ariſtaſ
S ole ſb ardenti flauentia demetit arua
T roiugenum infeſto proſternens corpora ferro
C urrite d. s. c. f.
Teſtiſ erit magniſ uirtutibuſ unda ſcamãdri

Q ue paſſim rapido diffunditur heleſponto
C uiuſ iter ceſis anguſtanſ corporũ aceruiſ
A lta tepefaciet pmixta flumina cede
C urrite d. s. c. f.
Deniq; teſtiſ erit morti q̊q; reddita preda
C um tereſ excelſo coacruatum aggere buſtũ
Excipiet niueoſ perculſe uirginiſ artuſ
C urrite d. s. c. f.
Nam ſimul hanc feſſiſ dederit forſ copia achiuiſ
Vrbiſ dardanie neptunnia ſoluere uincla
Alta poliſenia madeſcent ſepe ſepulchra
Q ue uelut ancipiti ſbcumbenſ uictima ferro
P roiciet truncum ſbmiſſo poplite corpus
C urrite d s. c. f.
Q uare agite optatoſ animi coniungite amoreſ
A ccipiat coniunx felici federe diuam
Dedatur cupido iam dudum nupta marito
C urrite d. s. c. f.
Non illam nutrix orienti luce reuiſenſ
Externo colum poterit circundare filo
C urrite d. s. c. f.
A nxia nec mater diſcordiſ meſta puelle
S ecubitu caroſ mittet ſperare nepoteſ
C urrite. d. s. c. f.

Talia prefantes quondam felicia pelei
Carmina diuino cecinere pectore parce
Presentes namque ut ante domos inuisere castas
Nereus sese mortali ostendere cetu
Celicole non dum spreta pietate solebant
Languidior tenera cui pendens sicula beta
Sepe pater diuum templo in fulgente reuisens
Annua dum festis uenisset sacra diebus
Conspexit terra centum procumbere currus
Sepe uagus liber parnasi uertice summo
Thiadas effusis euantis crinibus egit
Cum delfi tota certatim ex urbe ruentes
Acciperet laeti diuum fumantibus aris
Sepe in letifero belli certamine mauors
Aut rapidi tritonis hera aut ramnusia uirgo
Armatas hominum est presens hortata cateruas
Sed postquam tellus scelere est imbuta nephando
Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt
Perfundere manus fraterno sanguine fratres
Destitit extinctos I natos lugere parentes
Optauit genitor primeui funera nati
Liber ut innupte potiretur flore nouerce
Ignaro mater substernens se impia nato
Impia non uerita est diuos scelerare penates

Omnia nephanda malo permixta furore
Iustificam nobis mentem auertere deorum
Quare nec tales dignantur uisere cetus
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

Etsi me assiduo confectum cura dolore
Sed uacat a doctis ortale uirginibus
Nec potis est dulcissimus harum expromere fetus
Mens animi tantis fluctuat ipsa malis
Namque mei nuper lethei gurgite fratris
Pallidulum manans alluit unda pedem
Thydia rhetheo quem subter littore tellus
Ereptum nostris obterit ex oculis.
Numquam ego te uita frater amabilior
Aspiciam postac aut certe semper amabo
Semper mesta tua carmine morte tegam
Qualia sub densis ramorum concinit umbris
Baulia assumpti fata gemens ythilei
Sed tamen in tantis meroribus ortale mitto
Hec expressa tibi carmina achiade
Ne tua dicta uagis nequicquam credita uentis
Effluxisse meo forte putes animo
Ut missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto uirginis egremio

Quod misere oblute molli sub ueste locatum
Dum aduentu matris prosilit excutitur
Atque illud prono preceps agitur decursu
Huic manat tristi conscius ore rubor
Omnia qui magni dispexit lumina mundi
Qui stellarum ortus comperit atque obitus
Flameus ut rapidi solis nitor obscuretur
Ut cedant certis sidera temporibus
Ut triuiam furtim sublimia saxa religans
Dulcis amor gyro deuocet aerio
Idem me ille conon celesti numine uidit
E bore niceo uertice cesariem
Fulgentem clare quam multis illa dearum
Leuia protendens brachia pollicita est
Quare ex tempestate nouo auctus himeneo
Vastum finis erat assirios
Dulcia nocturne portans uestigia rixe
Quam de uirgineis gesserat exuuiis
Est ne nouis nuptis odio uenus atque parentum
Frustrantur falsis gaudia lachrimulis
Vbertim talami quas intra lumina fundunt
Non ita me diui uera gemunt iuuerint
Id mea me multis docuit regina querelis
Inuisente nouo prelia torua uiro

At tu non orbum luxisti deserta cubile
Sed fratris chari flebile discidium
Cum penitus mestas exedit cura medullas
At tibi nunc toto pectore sollicitet
Sensibus ereptis: mens excidit at ego certe
Cognoram a parua uirgine magnanima
Anne bonum oblita es facinus quo regnum adeptus
Coniugium quod non fortior aut sit alius
Sed tum mesta uirum mittens quam uerba locuta es
Iuppiter ut tristi lumina sepe manu
Quis te mutauit tantus deus an quod amantes
Non longe a caro corpore abesse uolunt
Atque ibi pro cunctis pro dulci coniuge diuis
Non sine thaurino sanguine pollicita es
Si reditum tetulisset is aut in tempore longo
Captam asiam egypti finibus addiderat
Quis ego pro factis celesti reddita cetu
Pristina uota nouo munere dissoluo
Inuita o regina tuo de uertice cessi
Inuita adiuro teque tuumque caput
Digna ferat quod siquis inaniter adiurarit
Sed qui se ferro postulet esse parem
Ille quoque euersus mons est quem maxima moris
Progenies pithie clara superuehitur

C um medy propere nouum mare atque iuuentus
P er medium classi barbara nauit athon
Q uid facient crines cum ferro talia cedant
I upiter ut celitum omne genus pereat
Et qui principio sub terra querere uenas
I nstitit ac ferris fringere duritiem
A bruncte paulo ante come mea fata sorores
L ugebant cum se menonis ethiopis
V nigena impellens nutantibus aeria pennis
O btulit asineos elocridicos alis equos
I sque per ethereas me tollens aduolat umbras
Et ueneris casto aduolat ingremio
I psa suum Zphyritis eo famulum legarat
G ratia canopicis incola litoribus
Hi dii uenbi uario ne solum in lumine celi
Ex adrianeis aurea temporibus
Fixa corona foret sed nos quoque fulgerem
Deuote flaui uerticis exuuie
V indulum a fluctu cedentem ad templa deum me
S idus in antiquis diua nouum posuit
Virginis et seui contingens namque leonis
Lumina calixto iuxta licaonia
Vertor in occasum tardum dux ante boothem
Qui uix sero alto mergitur occeano

S ed quamquam me nocte premunt uestigia diuum
L ux aut cane theti restituem
P ace tua fari hic liceat ramusia uirgo
N amque ego non nullo uera timore tegam
N ec sine infestis diserpent sidera dictis
C ondita qui uere pectoris euolue
N on his tam letor rebus quam me affore semper
A ffore me a domino uertice distrutior [adne]
Q ui cum ego dum uirgo quondam fuit omnibus expers
V nguentis una milia multa bibi
N unc uos optato quem iunxit lumine teda
N on post uno aius corpora coniugibus
T radite nudantes retecta ueste papillas
Q uam iocunda mihi munera libet onix
Vester onix casto queritis que iura cubili [Vester]
S ed que se impuro dedit adulterio
I llius a mala leuis bibat dona irrita puluis
N amque ego ab indoctis premia nulla peto
S ed magis o nupte semper concordia uestras
S emper amor sedes incolat assiduus
T u uero regina tuens cum sidera diuam
P lacabis festis luminibus uenerem
S anguinis expertem non uestris esse tuam me
S ed potius largis effice muneribus

S idera cur iterent ut coma regia fiam
P roximus id rochoi fulger& oarion
O dulci iocunda uiro iocunda parenti
S alue teq; bona iupiter auctet ope
I anua quam balbo dicunt ſeruiſſe benigne
O lim cum ſedes ipē ſenex tenuit
Q uanq; ferunt rurſus uoto ſeruiſſe maligno
P oſtq; eſt porrecto facta marite ſene
D ic age de nobis quarē mutata ferariſ
I n dominū ueterem deſeruiſſe fidem
N on ita cecilio placeam cui tradita nūc ſum
C ulpa mea eſt qq̄ dicitur eē mea
N ec te peccatum a me qſq̄ pote dicē qq̄
V erum iſti ppli ianua q te facit
Q ui quacunq; aliquid reperitur nō bñ factū
A d me omnes clamant ianua culpa tua ē
N on iſtuc ſatis eſt uno te dicere uerbo
S ed facere ut quiuis ſentiat & uideat
Q uid poſſum nemo querit, nec ſcire laborat
N os uolumus nobis dicē ne dubita
P rimum igitur uirgo qd fertur tradita nobis
F alſum ē, non illam uir primo attigerit
L anguidior tenera cui pendens ſicula beta
N unq̄ ſe mediam ſſtulit hanc tunicam

S ed pater illius gnati uiolaſſe cubile
D icitur & miſeram conſceleraſſe domū
S iue quod impia mens ceco flagrabat amore
S eu qd iners ſterili ſemine natus erat
E t querendus unde foret neruoſius illud
Q uod poſſ& zonam ſoluere uirgineam
Egregium narras mira pietate parentem
Q ui ipē ſui gnati minxerit in gremiū
A tqui non ſolum ſed dicit hoc cognitū hrē
B rixia chinea ſuppoſitum ſpecula
F lauus q̄ molli precurrit flumine mello
B rixia uerone mater amata meę
S ed dē poſtumio & corneli narrat amore
C um quibus illa malum fecit adulteriū
D ixerit hic aliquis, quid tu iſthec ianua noſti?
C ui nunq̄ domini limine abeſſe lic&
N ec ppłm auſcultare, ſʒ huius ſbfixa tigillo
T antum operire ſoles aut opire domū
S epe illam audiuit furtiua uoce loquentē
S ola cum ancilliſ hec ſua flagitia
N omine dicentem quos diximus ut pote q̄ mi
S per& nec linguam eē nec auriculam
P reterea addebat quendam quē dicē nolo
N oīe te tollat rubra ſupcilia

Longuſ homo ē magnuſ qui liteſ intulit olim
Falſum mendacij uentre puerperium.

Vod mihi fortuna caſuſq; oppreſſuſ acerbo
Conſcriptum hoc lachrimiſ mittit epiſtoliū
Naufragum ut eiectum ſpumantibuſ eqriſ undiſ
Subleuem & amortis limine reſtituam
Quem neq; ſancta Veneriſ molli requieſcē ſomno
Deſertum in lecto celibe ꝑpetitur
Nec ueterum dulci ſcriptorū carmiē muſe
Oblectant cum menſ anxia ꝑuigilat
Id gratum eſt mihi me qm̄ tibi dicis amicū
Muneraq; & muſaꝝ hinc petiſ & ueneris
Sed tibi ne mea ſint ignota comoda mali
Neu me odiſſe puteſ hoſpitiſ offitium
Accipe quiſ miſer fortune fluctibuſ ipē
Ne amplius amiſero dona beata petaſ
Tempore quo primū ueſtiſ mihi tradita pura ē
Iocundum cum etas florida uer agēt
Multa ſatiſ luſi, non eſt dea neſcia nr̄i
Quem dulcem curaſ miſeret amaritiem
Sed totum hoc ſtudium luctu fraterna mi morſ
Abſtulit o miſero frater adempte mihi
Tu mea tu morienſ fregiſti comoda fr̄

Tecum una tota ē nr̄a ſepulta domuſ
Omnia tecum una perierunt gaudia nr̄a
Que tuuſ in uita dulciſ alebat amor
Cuiuſ ego interitu tota de mente fugaui
Hec ſtudia atq; omneſ delitiaſ animi
Quare quod ſcribiſ Verone turpe Catulle
Eſſe quod hic quiſquiſ de meliore nota
Frigida deſerto tepefacit membra cubili
Id mali non eſt turpe magiſ miſeꝝ eſt
Ignoſceſ igitur ſiq; mihi luctuſ ademit
Hec tibi non tribuo munera cū nequeo
Nam q̄ ſcriptorum non magª eſt copia ap̄ me
Hoc fit quod Rome uiuimuſ illa domuſ
Illa mihi ſedeſ, illic mea carpitur etaſ
Huc una ex multiſ capſula me ſequitur
Quod cum ita ſit nolim ſtatuaſ nos mēte maligna
Id facere aut aīo non ſatiſ ingenuo
Quod tibi non utriuſq; petenti copia poſtea ē
Ultro ego differrem copia ſiqua for&
Non poſſum reticē dee q̄ falliuſ in re
Iuuerit aut q̄tis iuuerit officiis
Nec fugienſ ſcl̄ dijs obliuiſcentib; etaſ
Illiuſ hoc ceca nocte tegat ſtudium
Sed dicam uobiſ uoſ porro dicite multiſ

Milibuſ & facite hec certa loquatur anus
Notescatq; magiſ mortuuſ atq; magis
Nec tenuem texenſ ſublimiſ aranea telam
Iocundum cometaſ florida ut ageret
In deserto alij nōie opuſ faciat
Nam mihi quā dederit duplex amathuſia curā
Scitiſ & in quo me corruerit genere
Cum tantum arderē q̃tum trinacria rupeſ
Lymphaq; in oetheiſ manlia thermophilis
Meſta neq; aſſiduo tabeſcere lumina fletu
Ceſſare ne triſtiq; imbre mandē genę
Qualiſ in aerij p̄lucenſ uertice montiſ
Riuuſ muſcoſo proſilit e lapide
Qui cum de prona preceps ēſt ualde uolutuſ
Per medium denſi tranſit iter p̄p̄li
Dulce uiatori baſſo inſudore leuamuſ
Cum grauiſ exhuſtoſ eſtuſ hiulcat agroſ
Hic uelut in nigro iactatiſ turbine nautiſ
Leniuſ aſpiranſ aura ſecunda uenit
Iam prece polluciſ iam caſtoriſ implorate
Tale fuit nobiſ manliuſ auxiliū
Iſ clauſum latoſ patefecit limite capū
Iſq; domū nobiſ: iſ dedit & dominam
Ad quam cōmuneſ noſ excemuſ amoreſ

Quo mea

Quo mea ſe molli candida diua pede
Intulit & trito fulgentem in limine plantā
Innixa arguta conſtituit ſolea
Coniugiſ ut quondam flagranſ aduenit amore
P̄rotheſileam laudomia domum
Incepta fruſtra nō dum tū ſanguine ſacro
Hoſtia cęleſtiſ pacificaſſ& heroſ
Nil mihi tam ualde placeat ramuſia uirgo
Q̄d temere inuitiſ ſuſcipiatur heris
Quam ieiuna pium deficer& ara cruorem
Docta ē amiſſo laudomia uirgo
Cōiugiſ ante coacta nouit dimittē collū
Quē ueniens una atq; altera rurſuſ hiemſ
Noctibuſ in longiſ auidum ſaturaſſ& amorem
Poſſet ut abrupto uiuere coniugio
Q̄d ſcibant parte non longo tp̄re abiſſe
Si mileſ muroſ iſſ& ad iliacoſ
Nam cum helene raptum primoreſ argiuor̄
Ceperat ad ſeſe troia ciere uiroſ
Troia nephaſ cōmune ſepulchrū aſię europeq;
Troia uirum & uirtutum omniū acerba cinis
Que uet& id nr̄o letum miſerabile frī
Attulit hei miſero frē adempte mihi
Hei miſero frī iocundum lumen ademptum

Tecum una ē totā nr̃a ſepulta domuſ
Omnia tecum una perierunt gaudia nr̃a
Quę tuuſ in uita dulciſ alebat amor
Quę nc̄ tam longe non inter nota ſepulchra
Nec prope cognatoſ compoſitum cineriſ
Sed troia obſcena troya infelice ſepultū
Detin& extremo terra aliena ſolo
At q̄tum properanſ fertur undiq; pubeſ
Greca penetraliſ deſeruiſſe focoſ
Nec p̄riſ abducta gauiſuſ libera meccha
Ocia pectato degeret in thalamo
Quod tibi cum caſu pulcherrima laudomiā
Ereptum eſt uita dulcius atq; aīa
Coniugium tanto te abſorbens uertice amoriſ
Eſtuſ in abruptum detulerat baratrū
Quale ferunt graię penneum prope cillenēū
Siccari emulſa pingue palude ſolum
Quod quondam ceſiſ montiſ fodiſſe medulliſ
Aud& falſi parenſ amphitriomadis
Tempore quo certa ſtimphalia mōſtra ſagicta
Perculit imperio deterioriſ heri
Pluribuſ ut celi tereretur ianua diuiſ
Hebe non longa uirginitate for&
Sed tuuſ altuſ amor baratro fuit altior illo

Qui tuum dominum ferre iugum docuit
Nam nec cauſa carum confecto ętate parēti
Vna caput ſeri nata nepotiſ alit
Qui cum diuitijſ uix tandem inuētuſ auitiſ
Nomen teſtataſ intulit in tabulaſ
Impia deriſi gentiliſ gaudia tollens
Suſcitata cano uolturiū capiti
Nec tm̄ niueo gauiſa ē ulla columbo
Compar quę multo dicitur improbiuſ
Oſcula mordenti ſemp̄ decerpe roſtro
Quanq̄ precipue multiuola ē mulier
Sed tuoꝝ magnoſ uiciſti ſola furoreſ
Vt ſemel e flauo conciliata uiro
Aut nihil aut paulo cui tu concedē digna
Lux mea ſe in noſtrum contulit ingremiū
Quam circum curſans hinc illinc ſepe cupido
Fulgebat crocina candiduſ in tunicā
Quę tamen etſi uno nō ē contēta Catullo
Rara uerecunde furta feremꝰ herę
Nec nimiū ſimuſ ſtultorum more moleſti
Sepe et iuno maxª celicolum
Coniugiſ in culpa flagrantē quotidiana
Noſcenſ omniuoli plurima facta iouiſ
Atq; nec diuiſ homineſ cōponē ęquū eſt

I ngratum tremuli tolle parentis onus
N ec tamen illa mihi de astra deducta paterna
Flagrantem asyrio venit odore domũ
S ed furtiua dedit mira munuscula nocte
I psius ex ipso dempta viri gremio
Q uare illud satis est si nobis his datur unis
Q uem lapide illa dies candidiora notat
Hoc tibi quod potui confertum carmine munus
P ro multis alijs redditur offitijs
N e vestrum scabra tangat rubigine nom̃
H ec atq; illa dies atq; alia atq; alia
H uc addent diui q̃ plurimaq; themis olim
A ntiquis solita ẽ munera ferre pijs
S atis fęlices & tu simul & tua vita
E t domus in qua lusimus & dña
E t qui principio nobis terrã dedit aufert
A quo sũt primo omnia nata bono
E t longe ante omnes mihi que me carior ipso est
L ux mea qua uiua uiuere mihi dulce est.

Oli admirari tibi quare fẽmina nulla
Ruffe uelit tenerum supposuisse femur
Nos illa mare labefactas munere vestis
A ut pro lucciduli delitijs lapidis

L edit te quedam mala fabula q̃ tibi fertur
V alle sub alarũ trux habitare caper
H unc metuunt omnes, neq; mirũ nã mala valde ẽ
Bestia, nec cui cum bella puella cubet
Q uare aut crudelem nasorum interfice pestẽ
A ut admirari desine, cur fugiunt
N ulli dicit se mulier mea nubere malle
Q ũ mihi non si se iupiter ipse petat
Dicit sed mulier cupido quod dicit amãti
I nuentor rapida scribere oportet aqua
S iqua uiro bono sacrorum obstitit hircus
A ut siquam merito tarda podagra secat
E mulus iste tuus qui vestrum excet amorẽ
Mirifice ẽ a te nactus utrunq; malum
N am quotiens futuit totiens ulciscitur ambos
I llam affligit odore ipse perit podagra.

Icebas quondam solum te nosse Catullũ
Lesbia, nec preme velle tenẽ iouem
Dilexi tum tuum te, non tamen ut uulgus amicã
S ed pater ut gnatos diligit & generos
H unc te cognoui quare & si impensius uror
Multo itaq; me nec uilior, nec leuior
Q ui potis est inquis q̃ amantẽ iniuria talis

C ogit amare magiſ : ſed bene uelle minuſ
D eſine dequoq quiſq bñ uelle mereri
A ut aliquem fieri poſſe putare pium
O mnia ſunt ingrata nihil feciſſe benigne
I mmo etiam tedet ſtet magiſ atq magiſ
V t mihi que nemo grauiuſ nec acerbiuſ urget
Q uam modo qui me unum atq unicum amicum habet
L eliuſ audierat patruũ obiurgare flere
S iquiſ delitiaſ diceret aut faceret
H oc ne ipſi accideret patrui perdepſuit ipſam
V xorem et patruũ reddidit harpocratem
Q uod uoluit fecit : nam quamuiſ irrumet ipſum
N ec patruũ uerbum non faciet patruus
H uc eſt menſ deducta tua : mea Leſbia culpa
A tq ita ſe offitio perdidit ipſa ſuo
V t iam nec bene uelleq tot tibi ſi optima fiaſ
N ec deſiſtere amare omnia ſi faciaſ
S i qua recordanti : benefacta priora uoluptaſ
E ſt homini cum ſe cogitet eſſe pium
N ec ſanctam uiolaſſe fidem : nec federe nullo
D iuum ad fallendoſ numine abuſum homines
M ulta parata manenti in longa etate catulle
E x hoc ingrato gaudia amore tibi
N am quecunq homines bn̄ cuiquam aut dicere poſſunt
A ut facere : hec a te dicta factaq ſunt
O mniaq ingrate perierunt credita menti
Q uare cur te iam ampliuſ excrucieſ
Q ui tu animo affirmaſ atq inſtinctoq reducaſ
E t deiſ inuitiſ deſiniſ eſſe miſer
D ifficile eſt longum ſubito deponere amorem
D ifficile eſt uerum hoc qua lubet efficiaſ
V na saluſ hec eſt . hoc eſt tibi peruincendum
H oc facieſ ſiue id non pote ſiue pote
O diſ ſi ueſtrum eſt miſereri aut ſi quibuſ umquam
E xtrema iam ipſam morte tuliſtiſ opem
M e miſerum aſpicite et ſi uitam puriter egi
E ripite hanc peſtem perniciemq mihi
S eu mihi ſurrepens imoſ ut corpore inartuſ
E xpulit ex omni pectore letitiaſ
N am iam illud quero contra me ut me diligat illa
A ut quod non potiſ eſt eſſe pudica uelit
I pſe ualere opto et tetrum hunc deponere morbum
O dii reddite mi hoc pro puritate mea .

Ruffe mihi fruſtra / ac nequicquam credite amico
Fruſtra immo magno cum pretio atq malo
S icine ſurrepſti mei atq inteſtina perurens
S i miſero eripuiſti omnia nostra bona

E ripuiſti heu heu noſter crudele uenenũ
Vitē: heu heu nr̃o pectuſ amicitie
Galluſ hēt frēſ quorũ ē lepidiſſima coniunx
Alteriuſ lepiduſ filiuſ alteriuſ
Galluſ homo ē belluſ: nam dulceſ iungit amoreſ
Cum puero ut bello bella puella cub&
Galluſ homo eſt ſtultuſ nec ſe uid& ēē maritũ
Qui patruuſ patrui monſtr& adulteriũ
Sed nē id doleo ꝙ pure pura puelle
Sauia coniunxit ſpurca ſaliua tua
Id uerum non impune fereſ nam te oĩa ſecla
Noſcent & q ſciſ famuloq; tenuſ
Leſbiuſ eſ pulcher quid inqꝫ Leſbia mallit
Q̃nam te cum tota gente Catulle tua
Sed tamen hic pulcher uendat cũ gente Catullũ
Si tria natorꝫ ſauia repererit.

Quid dicam Gelli qr̃e roſea iſta labella
Hiberna fiant candidiora niue
Mane domo cum exiſſet cum te octaua qete
E molli longo ſuſcitat ora die
Neſcio quid certe eſt an uere fama ſuſurrat
Grandia te medii tanta uorare uiri
Sic certe eſt clamant uictoris rupta miſelli

Ille te mulſo labra notata ſero
Nemo ne in tanto potuit ꝑꝑlo ēē iuuenti
Belluſ homo quem tu diligere inciperes
Preter ꝗ̃ iſte tuuſ moribunda a ſede piſauri
Hoſpeſ inaurata pallidior ſtatua
Quid tibi cordi eſt nē quem tu ꝓponẽ nobiſ
Audeſ & neſciſ quid facinuſ faciaſ
Quinti ſi tibi uiſ oculoſ debere Catullum
Aut aliud ſiquid cariuſ ē oculiſ
Eripere ei noli multo qđ cariuſ illi
Eſt oculiſ ſeu quid cariuſ ē oculiſ
Leſbia mi preſente uiro mala plurima dicit
Hoc illi fatuo maxª letitia eſt
Mulle nihil ſentiſ ſi nr̃i oblita taceēt
Sana eēt nunc qđ gannit & obloquitur
Non ſolum meminit ꝫ que multo acrior ē reſ
Irata eſt: hec eſt uritur & loquitur
Commoda dicebat ſiqñ commoda uell&
Dicere & inſidiaſ arriuſ inſidiaſ
Credo ſic mater ſic liber auunculuſ ei' eſt
Sic maternuſ auuſ dixerat atq; aua
Hic miſſo ſiria requieverant omnibuſ aureſ
Audiebant eadem hec leniter & leuiter
Nec ſibi poſt illa metuebant talia ũba

Cum ſubito effertur nimptius horribilis
Et tamen mirifice ſperabat ſe ēē locutū
Cum quantum poterat dixerat inſidias
Ionios fluctus poſtq̄ illuc artius iſſ&
Iam non ionios ēē ſed ionios.
Odi & amo quarē id faciam fortaſſe requiris
Neſcio ſꝫ fieri ſentio & excrucior
Quintia formoſa eſt multis mihi candida longa
Recta eſt hec ego ſingula confiteor
Totum illud formoſa nego nam nulla uenuſtas
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis
Leſbia formoſa eſt, que cum pulcherrima tota ē
Tum omnibus una omnes ſurripuit ueneres
Nulla poſt mulier tantū ſe dicere amatam
Vere quantum a me mea Leſbia amata ē
Nulla fides ullo fuit unq̄ federe tanto
Q̄ta in amore tuo ex parte repta mea eſt
Quid facitis gelli qui cum matre atqꝫ ſorore
Prorruit & abiectis ꝑuigilat tunicis
Quid facit is patruum qui non ſinit ēē maritū
Et quid ſcis tantum ſuſcipiat ſceleris
Suſcipit o Gelli q̄tum non ultima thetis
Nec genitor nimpharum abluit oceanus
Nam nihil ē quicq̄ ſceleris quod prodeat ultra

Non ſi demiſſo ſe ipē uoret capite.

Ellius eſt tenuis, quid ni cui tam bona mr̄
Tamqꝫ ualens uiuat tamqꝫ uenuſta ſoror
Tamqꝫ bonus patruus tamqꝫ oīa plena puellis
Cognatis quarē is deſinat ēē macer
Qui ut nihil attingat niſi qd̄ fas tangē nō ē
Q̄tum uis quarē ſit macer inuenies
Naſcatur magus ex gelli matriſqꝫ nephando
Coniugio & diſcat perſicum aruſpicium
Nam magus ex matre & gnato gignātur oport&
Si uera eſt perſarum impia religio
Gnatus ut accepto ueneretur carmine diuos
Omne tum in flamma pingue liquefaciens
Non ideo Gelli ſperabam te mihi fidum
In miſero hoc nr̄o, hoc ꝑdito amore fore
Qd̄ te cognoſſem bene conſtanter ue putarē
Aut poſſe aut turpi mente inhibere probro
Sed neqꝫ ꝙ matrem nec germanā ēē uidebā
Hanc tibi cuius me magnus edebat amor
Et q̄uis tecum multo coniungier uſu
Non ſatis id cauſe crediderā ēē tibi
Tu ſatis induxti tantū tibi gaudiū in oī
Culpa eſt in quacunqꝫ ē aliquid ſceleris.

L

Esbia mi dicit semp male nec tac& unq
De me lesbia me dispeream nisi amo
Nil nimiu studeo Cesar tibi uelle place
Nec si ore utrum si saluus an alter homo
Mentula meccatur meccatur mentula certe
Hoc est quod dicunt ipa olera olla legit
Smirna mei cinne nonam post denique messe
Quam cepta e nonamque edita post hieme
Milia cum interea quingenta hortensius uno
Smyrna canas satrachi penitus mittetur adundas
Smirnam cana diu secula puoluit
At uolusi annales paduam morient ad ipam
Et laxas scombris sepe dabunt tunicas
Parua mei mihi sint cordi monumenta
At populus tumido gaudeat enthimaco (enthimacho)
Si quicq mutis & gratum acceptu ue sepulchris
Accidere a nro calue dolore potest
Quo desiderio ueteres renouamus amores
Atque olim missas flemus amicitias
Certe non tanto mors imatura dolori e
Quintilie qtum gaud& amore tuo
Non ita me dy ament quicqd referre putaui
Vtrum os an culum olfacerem emilio
Nihilo mundius hoc nobis q imundius illud.

Verum et culus mundior & melior
Nam sine dentibus est, hic dentis sesequi dedalis
Gingiuas uo prox het ueteris
Preterea rictum qualem defessus iu estu
Meientis mule cunnus hre sol&
Hic futuit multas & se fecit ee uenustu
Et non pristino traditur absque asino
Quem signa attingit non illam posse putem
Egroti culum lingere carnificis
Inte si inq q dici pote putide uicti
Id qd uerbosis dicitur & fatuus
Ista cum lingua si usus ueniat t possis
Culos & crepidas lingere carpatians
Si nos omnino uis omnes perde uicti
Discas omnino qd cupis efficies
Surripuit tibi dum ludis mellite iuuenti
Suauiolum dulci dulcius ambroxio
Verum id non impune tuli nam amplius hora
Suffixum in summa me memini ee cruce
Dum tibi me purgo nec possim fletibus ullis
Tantillum uestre demere seuitie
Nam simul id factum est multis diluta labella
Guttis abstersi omnibus articulis
Nec qcq nro contractum ex ore maneret

T anq̃ conuincte spurca saliua lupe
P reterea infesto miserum me tradere amori
N on cessasti omniq; excruciare modo
V t mihi ex ambrosio mutum iam foret illud
S auiolum tristi tristius elleboro
Q uam qm̃ penam misero proponis amori
N unq̃ iam posthac basia surripiam.

tretonensium

C elius aufilenũ & Quintius aufilenam
F los ẽnorẽsium deperit & uiuenũ
H ic fratrem ille sororem; hoc ẽ qđ dicitur illud
F raternũ uere dulce sodalitium.
C ui faueam potius Celi tibi nã tua nobis
P erfecta ẽ igitur ẽ unica amicitia
C um ue sana meas torrerẽt flãma medullas
S is felix celi, sis in amore potens.

m

M ultas per gentes & multa pequora uectus
Aduenio has miseras frr̃ ad inferias.
V t te postremo donarem munere mortis
E t mutam nequicq̃ alloquerer cinerem
Q uandoquidem fortuna mihi te te abstulit ipsum
H eu miser indigne frr̃ adempte mihi
H unc tamen interea hoc prisco que more parẽtũ

T radita sunt tristi munere ad inferias
A ccipe fraterno multum manantia fletu
A tq; inperpetuum frr̃ aue atq; uale
S i quicq̃ tacito comissum ẽ fido ab amico
C uius sit penitus nota fides animi
M eq; ẽẽ inuenies illorum iure sacratũ
C orneli & factum me ẽẽ puta arpocratẽ
A ut sodes mihi redde decem sextertia silo
D einde est o, quis seuus & indomitus
A ut si te Mimi delectant desine queso
L eno ẽẽ atq; idem seuus & indomitus
C redis me potuisse meẽ maledicẽ uite
A mbobus mihi que carior ẽ oculis
N on potui nec si possem tam pdite amare
S ed tu cum tappone oĩa mostra facis
M entula conatur pipleum scandẽ mõtẽ
M use furcillis precipitem eiciunt
C um puero o, belio precone q uidet ipse
Q uid credat nisi se uendere discupe
S iquid cupido optantiq; obtigit unq̃
I nsperanti hoc est gratũ aĩo proprie
Q ře hoc ẽ gratum nobis q̃ carius auro
Q đ te restituis lesbia mi cupido
Restituis cupido atq; insperanti ipa refers te

N obiſ o luce candidiore nota
Q uiſ me uno uiuit fęlicior aut māge me ē
O ptanduſ uita dicere quiſ poterit
S ic hoī populari arbitrio tua cana ſenectuſ
S purcata impuriſ moribuſ intereat
N on equidem dubito qn primū inimica bonoꝝ
L ingua exerta auido ſit data uulturio
E foſſoſ oculos uoret atro gutture coruus
I ntestina caneſ cętera mēbra lupi
I ocundum mea uita mihi preponiſ amorē
N unc nr̄ūm inter noſ perpetuūq fore
D ij magni facite ut uere promittere poſſit.
Atq id ſincere dicat & ex animo.
V t liceat nobiſ tota perducē uita
E ternum hoc sancte fędus amicitię
A ufilena bone ſemp laudantꝰ amicę
A ccipiunt pretium quę facē inſtituūt
T u qꝫ promiſiſti mihi qꝫ mentita inimica eſ
Q nec daſ nec ferſ ſępe faciſ facinuſ
A ut facere ingenue eſt aut nō promiſſa pudice
A ufilena fuit ſed data corripere
F raudando efficit pluſq meretricis auarę
Q uę ſe tota corpore proſtituit
A ufilenam uiro contentā uiuē ſolo

N uptarum lauſ eſt laudibuſ eximijſ
S ed cui uiſ q̄uiſ potiuſ ſuccumbē par eſt
Q uam matrem freſ ex patruo
Multuſ homo ē naſo neq tecū multoſ hō qꝫ
D eſcendit naſo multuſ eſ & paticuſ
C onſule pompeio primū duo cinna ſolebāt
M ecilia facto conſule nūc iterū
M anſerunt duo ſꝫ creuerunt milia in unū
S ingulum fecundum ſemen adulterio
F irmanuſ ſaluſ non falſo mentula diueſ
F ertur q tot reſ in ſe hēt egregiaſ
A ucupiam omne genuſ piſceſ prata arua feraſq
N ec quicq̄ fructuſ ſumptibuſ exſupat
Q uare concedo ſit diueſ dum oīa deſint
S altem laudemuſ dūmodo ipē egeat
M entula hēt inſtar triginta iugera prati
Q uadraginta arui cetera ſunt maria
C ur non diuitijſ Creſum ſupare potuiſſ&
V no q in ſaltu tot moda poſſideat
P rata arua ingenteſ ſiluaſ ſaltuſq paludeſq
V ſq ad hiperboreoſ & mare ad oceanū
O mnia hęc magna ſunt: tn̄ ipē ſi maximuſ ultor
N on homo ſed uō mentula magna minax.
S epe tibi ſtudioſo aīo uenante reqreſ

Carmina uti poſſem mittere batriade
Qui te lenirem nobiſ neu conarere
Teliſ infeſta mittere inuſq; caput
Hinc uideo mihi nc̃ fruſtra ſũptũ eẽ laborẽ
Gelli nec nr̃aſ hinc ualuiſſe preceſ
Contra noſ tela iſta tua euitabimuſ amicta
Affixus nr̃is tu dabiſ ſupplicium.

Finis eſt CATVLLI VERONENSIS

Piſtorij completa hec oĩa uolumina per me Franciſcum uinariũ Lambertini F. Notariũ collenſem ſub annis dñi Mcccclxxv. die uõ vi octobriſ in palatio dñi Cap. dum eram in offitio in Notariũ cuſtodię.

Saltati i nn.
90-99
fD